0043 .

Anonyme.

Artis Auriferae, qvam chemiam vocant. (Volume 3).

Source : gallica.bnf.fr / BnF.

Conradi Waldkirchii. Basileae.

1590 .

Avertissement au lecteur.

Le format de ce document est une photocopie texte, c'est-à-dire est exactement conforme à l'original, au caractère près. Ainsi la pagination, le nombre de lignes par page et le nombre de caractères par ligne est respecté, permettant ainsi une recherche facile des références citées par d'autres auteurs. Seules les pages blanches sont supprimées pour faciliter la lecture.

Les éventuelles erreurs d'orthographe, de numéro de page, etc... du document sont en principe identiques à l'original. Cependant malgré le soin apporté à la mise en texte de cet ouvrage, il peut subsister des différences par rapport au texte original. En effet la procédure de création de ce fichier texte, à partir du livre original, nécessite un grand nombre d'opérations délicates, laissant place à d'éventuelles erreurs.

En cas de doute, prenez le soin de vérifier sur le texte original du livre papier.

(C) Copyright 2024 by Jean Pierre Donabin. Site : livres-d-hermes.fr

ARTIS

AVRIFERAE, QVAM CHEMIAM VOCANT;

Volumen Tertium.

QVOD CONTINET

Lullij, aliorumq; ſcripta quædam maiori ex parte hactenus non edita:

Quæ verſa pagina indicantur.

Cum INDICE Rerum & Verborum locupletiſſimo.



BASILEÆ,
Typis CONRADI WALDKIRCHII.
cIↃ IↃ C X.

25031

Note au lecteur :

Dans ce document la page 17 est numérotée, à tord, 27, de même la page 86 est numérotée 89.

@

AVCTORES.

LVLLII
- *Vltimum Teſtamentum.*
- *Elucidatio Teſtamenti totius ad R. Odo ardum.*
- *Poteſtas diuitiarum, cum optima expoſi tione Teſtamenti Hermetis.*
- *Compendium artis Magicæ, quoad compo ſitionem lapidis.*
- *De Lapide & Oleo Philoſophorum.*
- *Modus accipiendi aurum potabile.*
- *Compendium Alchimiæ & naturalis phi loſophiæ.*
- *Lapidarium.*

Alberti Magni ſecretorum tractatus.

Abbreuiatio quædam de ſecretis ſecretorum Ioannis pauperum.

ARNALDI
- *Quæſtiones de arte tranſmutationis*
- *Teſtamentum.*

RAY-

RAYMVNDI LVLLII BALEARIS VLTIMVM TESTAMENTVM AD Sereniſsimum Carolum Regem.



VM ad nos veniſti (dilectiſſime fili ac princeps inuictiſſime) in tali paſſu & mortis articulo valdè quicuit anima mea. Cùm à te paternam & antiquam patris tui illuſtriſs. amicitiam, quam per dedignationem interruperã, recuperatam intelligam. Ideo mi Carole dilecte te in filium ſapientiſſimum, dilectiſſimum, vti fidei Catholicæ ampliatorem eligam, & vt rebelles eiuſdem ſacræ fidei expellere poſſis, & alia alta peragere, tibi Magiſterium per nos multis voluminibus librorum, ſub philoſophica occultatione diffuſum, clarè completeque tradideram. Et tamen quæ tibi declaranda dixero, ex parte ſummi Creatoris admoneo, vt tàm ſecretò quàm poteris retineas, ne theſaurum inter indignos diſpergas & Deus iudicium à te depoſcat.

Accipe igitur in nomine ſanctæ Trinitatis & æternæ Vnitatis vinum rubeum, quod liquorem Lunariæ appellamus, & nigrum nigrius nigro vocamus. Fili per hoc elucidatur tibi capitulum libri Metheororũ, quod incipit: Tu accipies de liquore Lunariæ quantum vis, & in principio noſtri Accurtatorij quod incipit: ℞. nigrum nigrius nigro, & diſtilla totam aquam ardentem in balneo, & illam rectificabis, quouſque ſine phlegmate ſit. Quod cognoſcis quando combuſit petiam, propter ſui ardorem, quod facies in quinque vicibus,

quandoque in tribus. Fili in hoc tibi declaratur clauſula noſtræ epiſtolæ tuo Illuſtriſs. patri miſſæ. In clauſula quæ dicit: Et hoc in quinta via contingere ſolet. Multi arbitrantur vſque ad ſeptem vices rectificari: ſed tibi dico ter ſufficit. Et cùm habueris tale ſignum, diuides illas in duas partes. Et vnam partem ſerua pro meo ſtruo creando, & cum alia parte abſtrahes animam à terra per modum quem dicam tibi. Fili modus eſt: Quod tu diſtilles phlegma quouſque maneat ad modum picis liquidæ. Et tunc pone ſuper illam de aqua, quam rectificaſti tantum quod ſupernatet quatuor digitis. Et bene clauſo vaſe, pone in fimo vel balneo per ſex dies. Poſtea diſtilla in cinerib. calidis totam aquam in qua eſt anima, & ſerua. Poſtea infunde de alia aqua vt priùs, & pone in putrefactione per ſex dies vt priùs. Poſtea diſtilla in cinere vt priùs, primò abſtrahendo aquam, poſtea oleum, & ſic continua magiſterium per eundem modum, quouſq; per aquam attraxeris totam animam à terra. Serua illam, quia eſt animata aqua. Serua, poſtea auge ignem aliquātulum & abſtrahe oleum & ſerua pro tinctura. Fili per hoc dilucidatur liber in illa parte quæ dicit: Illam aquam diuide in duas partes. Et in illa quæ dicit, Serua oleum pro tinctura. Et in libro lucis Mercuriorum. Poſtea terram ſiccam & induratam accipe & in vaſe bene clauſo ſuſtinente ignem pone, & da ſibi ignem calcinationis quouſque terra albeſcat. Fili in Dei amore precor, noli hoc ſecretum reuelare. Terra noſtra dealbata eſt, ſal depuratum per ingenium Artiſtæ. Et per hoc elucidatur clauſula libri lucis Mercuriorum quæ incipit: Calcina per duos dies cum igne ſublimationis. Et ſuper talem terram debes dare fili animam, quæ eſt in aqua reſeruata. Fili modus eſt iſte: Accipe terram albam & depuratam, & ſcias pondus, & depone in vitro, & ſuper ea infunde octauam partem aquæ animatæ. Et vaſe optimè clauſo pone in balneo noſtro per tres dies quouſque videas ſpiritum condenſatum. Tunc ſuperpoſito alembico extrahe humiditatem ſine guſtu. Quia anima amplexata eſt ſpiritum, qui eſt in ea parte. Et per hoc elucidatur tibi capitulum libri Meteororum quod

incipit

incipit vnus ſpiritus intrat alium. Et imbibe ſecundò cum ſeptima parte prædictæ aquæ animatæ, & digere vt priùs, & diſtilla humiditatem. Tertiò imbibas cum humiditate vt ſuprà. Quartò des quintam partē & digere vt ſupra. Quintò des quartā partē & digere vt ſupra. Et continua cum ſexta parte & digere & deſtilla quarta parte humiditatē vt ſupra, quarta parte ſemp digerēdo & abſtrahendo humiditatem, quouſque terra noſtra ſit prægnans & alba. Fili per hoc elucidatur tibi capitulum noſtri Codicilli intitulati Illuſtriſſ. Patri tuo quod incipit: Partus verò terræ. Fili ſcias quod illud capitulum eſt generale ad omnem ſublimationem Mercuriorum. Tunc accipe terram prægnantem, & pone in vaſe ſublimatorio lutato & benè clauſo in igne tertij gradus per 24. horas, & ſublimes purum ab impuro, & ſic habebis fili vegetabilem Mercurium ſublimatum, clarum, reſplendentem in ſale mirabili. Fili ſcias quod Philoſophi & nos appellamus propriè vegetabilem materiam, vegetabile ſulphur, Sal armoniacum, Sulphur noſtrum, Sulphur naturæ: & tamen omnia idem ſunt.

Fili cum Dei auxilio iſtud ſulphur poteſt mirabiliter accurtari. Et modus talis eſt: Quod accipias picem noſtram liquidam, & illam ponas in cucurbita in igne tertij gradus, & extrahes oleum quouſq; ſicca maneat & combuſta. Fili calcina vt te docui & depura terram, ſcil. ſepara ſal ab ea, & ſuper illam da quartam partem ſpiritus, qui eſt in ſecunda aqua, & digere vt ſuprà & extrahe humiditatem vt ſuprà. Et iterum da quartam partem, & digere & exicca vt priùs, quouſq; terra ſit prægnans. Signum erit quod amplius nihil diſtillabit. Tunc fili ſublima vt priùs, & habebis vegetabile ſulphur, mundum & purum & eiuſdem virtutis cum primo. Fili cum Dei timore te moneo, ne hoc excellentiſſimū accurtamentum alicui reueles. Fili ſpiritum aquæ ſecundæ debes abſtrahere poſt diſtillationem primę. Et memorare fili, quòd rectificatur à terra & ſuper terrā dealbatam. Fili per hoc elucidatur tibi capitulū noſtri Apertorij quod dicit præpara terram cum ſecunda aqua, & aquam cum terra commiſceto, id cum ſale extracto à terra dealbata per calcinationē. Et cap. quod incipit: Fili des ſibi quar-

tam partem animæ ſecundæ. Et cap. quod incipit: Fili iſtam proportionem continuabis cum quarta vſque ad vltimam prægnationem terræ. Fili elucidatur tibi clauſula artis matrimonialis, quæ incipit: Et ſale depurato & anima ſecunda cum quarta proportione. Fili ſit matrimonium & vegetabilium partus.

Fili nolumus te ignorare, quòd argentum viuum vegetabile noſtrum poteris in alia manerie à ſua abſtrahere minera. Fili per hoc elucidatur tibi capitulum tertij libri Apertorij, quod incipit: Eſt & alia maneries abſtrahendi argen. viu. Fili modus eſt quòd tu accipias herbam, quæ dicitur portulaca marina, Apiũ & ſquilla, Euforbium, piper longum, Chelidonia, & pones quodlibet illarum in vaſe ſuo vitreo ac bene clauſo, & pone in igne cinerum. Et abſtrahe aquam illam in balneo, & per ſeptenum rectifices, & addas illam aquam ſic rectificatam ſuper feces, & pone in ſimo calidiſſimo per mẽſem cum dimidio. Fili per hoc elucidatur tibi capitulum noſtræ artis matrimonialis, quod incipit: Fili noſtra argenta viua vegetabilia aliter putrefiũt per longum tempus, Et capitulum noſtri libri intitulati, Origo naturę argentorum vegetabilium, quod incipit: Abſtracta aqua poſt putrefactionem, à quocunq; vegetabili vel ab omnib, ſimul. Et hæc ſunt noſtra acuentia vegetabilia. Et ſic intelleximus cùm diximus acuta cum vegetabilibus acuentibus ſcil. de iſtis ſalibus & non de herbis ſimplicibus. Tunc ſuperpoſito Alembico abſtrahe aquã in balneo, & illam rectifica ſimul; & in cineribus deinde abſtrahe totum vnctuoſum ſcil, oleum. Fili per hoc elucidatur tibi capitulum noſtri libri Apertorij quod incipit: Fili vnctuoſum nõ eſt de noſtra contrariatione. Et illam aquam ſerua, poſtea feces quæ remanſerunt calcina, vt ſupra te docuimus. In calcinatione aliorum vegetabilium, ſcil. in vaſe vitreo bene clauſo, non aperiẽdo illud quouſq; bene infrigidatum ſit. Quia cũ ſenſerit aërem, inflammabitur terra calcinata. Tũc extrahe ſal cũ aqua, quam ſeruaſti. Poſtea aquam per balneum diſtilla cum ſale. Et ſcias pondus ſecundæ terræ dealbatæ aceto ſalis abſtracti. Et ponas tantum ſui ponderis, deſuper de aqua ſeruata aceti de illa quam extraxiſti de ſale, &

digere

digere per dies quinq; in fimo vel balneo. Poſtea extrahe humiditatem, ſequendo regimen ſupradictorum vegetabilium. Et continuabis totum iſtud regale Magiſterium vſq; ad octo vices. Poſtea diſſolue in balneo Marię & congela, & iterum diſſolue & congela & cõtinua vſq; ad quinq; vices. Et habebis ſal herbarum vegetabilium acuẽtium. Et hoc idem ſal & quodcunq; ſal vegetabile extractum à vino vel ab herbis appellamus ſal tartari vel vitri. Et hoc intellexi fieri in arte Magica, cùm diximus, calcina feces vitri vel tartari, & imbibe eas cũ aqua vitæ rectificata & acuta quinquies. Quia illę Calcinationes nihil aliud ſunt quàm diſtillationes. Et per hunc modum augmentabis & perficies ſal vegetabile Vini & herbarum cum ſua propria aqua. Et de hac acuitione & perfectione valdè locuti fuimus in libro intitulato Artis lumen tuo principi Illuſt. condito. In capitulo quod incipit: Fili acuitio & perfectio iſtorum ſalium fit cum aqua ſua. Et de hoc intelleximus ſc. de his ſalibus in clauſula noſtræ Magicæ, quæ diu acuas cum vegetabilibus pertinentib. quę ſunt Apium, ſquilla, &c.

Menſtruum Vegetabile.

Fili diximus tibi cum reuelatione & auxilio Dei, omnem modum faciendi vegetabilia ſulphura noſtra ſiue argenta viua, cum declaratione omnium capitulorum ad illa pertinentium. Nunc auxilio eius, qui eſt trinus in perſonis & vnus in eſſentia, elucidationem mẽſtrui vegetabilis, ab his ſalibus deſcendentibus tibi dabimus Deo fauente & auxiliante. Et fili modus eſt ꝙ tu accipias illam partem aquæ, quam tibi præcepimus ſeruare pro acuitione menſtrui vegetabilis, quæ nihil aliud eſt quàm aqua ardens ſummè rectificata. Et illum per hũc modum acuas ad menſtruum reducendo.

Fili ℞. De ſulphure vegetabili quod feciſti, vel de vino, vel de herbis vnciam vnam, & pone in vaſe vitreo, & ſuperinfunde vncias tres de aqua ſuperius tibi reuelata: & vaſe bene clauſo cum coopertorio ſuo pone in balneo Philoſophico per vnum diem naturalem. Poſtea diſtilla in cineribus quouſq; quod poterit aſcendere aſcendat. Poſtea ſcias fili pondus ſalis remanentis in

fundo vaſis: & infunde deſuper tres partes plus ſui ponderis, aquæ ardentis ſuperius dictæ. Et pone in noſtro balneo per diem vnam naturalem. Poſtea in cinere diſtilla & ſic facias tribus vicibus. Tunc totum ſal vegetabile tranſactum eſt per alembicū cum ſua propria aqua. Et facta eſt mixtio & aqua clara, quam ſimplex menſtruum vocamus. Fili per hoc tibi elucidatur clauſula lucis, quæ dicit fac mixtionem cum aqua, & pone in balneo, & dicitur aqua clara, quam menſtruum vocamus. Et clauſula capituli noſtri Codicilli, quod incipit: Opus nanq; Margaritarum, &c. Et clauſula illa quæ dicit: Accipe aquam cum qua ſit aqua Mercurij vulgi. Et ſimiliter illud capitulum quod dicit: ℞. aquam ardentem prout in tertia rectificatione. Fili intelleximus tertiam rectificationem, quando in tribus vicibus fecimus tranſire ſal cum aqua, & non aquā ſimplicem prout vulgares intelligūt. Fili hæc eſt aqua, quam menſtruū ſimplex, & menſtruum reſolubile vocamus, quod in reſolutiuum menſtruum per circulationē deduci poteſt, vt intelleximus in capitulo facto per multos dies. Et elucidatur tibi quæſtio illa quæ dicit Menſtruum reſolubile & reſolutiuum, &c.

Fili ℞. vas vitreum quod ſit vitrū album & ſolidum, & ſit vās magnum, & pone intus libras quatuor vel ſex ad plus huius menſtrui ſimpliciter ſic ſoluti. Et vaſe bene clauſo & ſigillato pone in balneo noſtro vel ſimo. Et in 60. dierū ſpacio, & in iſto tempore conuertetur in 5. eſſentiam glorioſam & odoriferam propter modum. Quod cognoſces quando in fundo vaſis videbis hypoſtaſin ad modum iuuenis bene complexionati. Et erit clara reſplendens vt ſtella cœli: Serua illam in loco calido & humido vt eſt balneum. Prius ſeparando illam à ſua hypoſtaſi, & optimè ſigilletur vas. Fili per hoc elucidatur tibi capitulum in lib. quintæ eſſentiæ quod incipit: Non reputes me mendacium dixiſſe: Et in clauſula in eodem lib. quæ dicit, ſi eā poſueris ſuper terram attrahet aues, &c. Et in anima metallorum in capitulo quod incipit: Sed tandem prius oportet te Princeps ſereniſſime eam per circulationem perficere. Et in teſtamento in capitulo quod incipit. ℞. duas vncias de vegetabili,

egetabili, licet ibi de minerali intelligatur fieri quod it per eandem ſimilitudinem, vt declarabimus ſuo loo. Et de hoc intelleximus fieri in capitulo teſtamenali quod incipit: Tu accipe de liquore lunariæ: & n anima artis in capitulo quod incipit: In virtute ei accipe aurum, & pone in Menſtruo noſtro. Et in ucidario ſuper teſtamentum quod incipit: Tu in virtute Dei accipe Solem, & proijce ipſum in aquã vegeabilem: & in practica ſermocinali operis minoris in capitulo quod incipit: Modus liquefactionis cum vegetabili. Et in anima artis In capitulo quod circa iſta tria nomina in clauſula eiuſdē capituli, quæ dicit, Materia noſtri lapidis & omnium lapidum quæ per vegetabilia fiunt tam prætioſorum virtuoſorum qui per artificium fiunt eſt omnia metalla. Et menſtruum noſtrũ vegetabile acutum rectificatum cœlificatũ, ſeu lucerna cœlica quæ apud Philoſophos & nos vocatur Mercurius vegetabilis ortus à vino rubeo vel albo.

Et in anima artis in capitulo quod incipit Liber preſens diuiditur in partes &c. Et in clauſula eiuſdē capituli quę dicit, Sed tamē per primum oportet te ſereniſs. princeps noſtrum vegetabile menſtruum à morte & fecibus vini & flegmatis extrahere per rectificationem Alembici, &c.

Et in capitulo noſtri Codicilli quod incipit principia noſtra transfuſa, &c.

Et in capitulo quod incipit de iſta noſtra, hoc eſt illa humiditas permanens de qua diximus in noſtro Codicillo in capitulo quod incipit: Noſtra humiditas eſt aqua vegetabilis per totum. Et clauſula eiuſdem Codicilli quæ dicit, Eſt conſolatio vltima corporis humani noſtrum vegetabile menſtruum cœlificatum. Et in cap. eiuſdem Codicilli quod dicit, Nulla quippe res eſt quæ coniungat metallorum ſolutionem & deducat ad finem perfectionis, niſi noſtrum menſtruum, ſiue vegetabile, ſiue Minerale, ſiue animale. Et clauſula quæ dicit ponas metalla ad diſſoluendũ in aquam Mercurij, hoc eſt cuiuſcunque menſtrui. Et in cap. quod incipit Quia iſta aqua habet vim remouendi omnia extranea. Et in cap. quod dicit Circa iſtud Menſtruum, in quo eſt

ignis contra naturam Et cap. quod incipit: Similiter iſta aqua menſtrualis cum qua fit aqua Mercurij viui, ad opus Margaritarum. & ad particularia huius Magiſterij & generalia vt ſuo loco dicemus. Et in anima artis in clauſula quę incipit: Iam noueris princeps Sereniſs. noſtrum vegetabile menſtruum eſſe aquam à flegmate vini depuratam acutam cum ſuo ſale. Et clauſula quę incipit: Et princeps ſereniſs. aliter metalla diſſolui non poſſunt niſi animarentur cū menſtruo vegetabili. Et iſtud menſtruum ſic clarificatum & circulatum Fili, Philoſophi appellauerunt ſpiritum viuum, qui metalla viuificat & aquam vitæ, & animam cœlicam, Menſtruum vegetabile, fumum, ventum, ſtellam, Dianam. Alij mēſtruum ſanguinem. Alij menſtrualem vrinam. Alij vrinam ſublimatam. Alij aquam ſulphuris noſtri. Alij petram benedictam noſtram. Et hæc faciunt errare inſipientes vulgares, credentes iſta nomina varias res ſignificare. Scias fili quòd in omnibus cap. tibi prælegatis & dilucidatis, intelleximus de menſtruo vegetabili circulato, vt tibi clarè oſtendimus & ſemper intelleximus. Et ſic fili habes modum faciendi noſtrum vegetabile menſtruum, reſolubile & reſolutiuum cum omnibus cap. ſibi pertinentibus peroptimè lucis datū. Memorare in Dei timore & intra ſecretum tui pectoris retineas.

Diximus tibi princeps ſereniſs. & clariſs. fili cōpoſitionē noſtri menſtrui & elucidationē omnium cap. de eo tractantium. Nunc fili dabimus tibi modū cum Dei auxilio diſſolutionis duorum luminarium pro creatione & ſublimatione noſtri ſulphuris naturę, pro compoſitione animæ noſtri lapidis glorioſi & benedicti. Et fili modus eſt, quòd tu accipias libram vnam Argenti viui vulgi, & pone in vaſe vitreo, & ſuperinfunde de vegetabili menſtruo quod ſupernatet p quatuor digitos: pone in balneo vel fimo per ſex dies, & totū ſoluetur in aquā glorioſam. Eleua menſtruū per balneum leue, & remanebit tibi in fundo vaſis lumen perlarum & anima metallorum. De hoc intelligimus in cap. opus Margaritarum ſic condies. Et in libro luminum ſolis in cap. quod incipit: Oportet nos cum eis ſuſcipere & cum eo finire

finire. Et in cap. quod incipit: Fili nihil aliud eſt lapis noſter, quàm aurum & argentum, & argentum viuum, quæ tria quotidiè videmus. Et in lib. metheoror. in cap. quod incipit: Intelleximus de omnibus, tam de cõmuni quàm de vulgari. Et in theorica teſtamenti in cap. quod incipit: Argentum viuum non eſt vinum ſiccum putridum, licet diximus quia mortuum eſt, vel menſtruũ eſt. Tunc accipe totam aquam glorioſam arg. viui, quæ erit libra 1. & miſce cum libris ſeptem de menſtruo vegetabili cœlificato. Et totum fiet vna anima. Cum qua diſſolues omnia corpora tàm perfecta quàm imperfecta pro creatione ſulphuris naturæ, Et ſcias fili in veritate & Dei fide, quòd nullum ſulphur naturæ alicuius metalli ſublimaret ſine iſta aqua ar. vi. vulgi. Modo ℞. Auri benè cementati purificati & calcinati, prout in 3. Canone quintæ eſſentiæ yncias quatuor, & pone in vaſe vitri, & ſuperfunde de menſtruo mixto in quo eſt aqua arg. vi. vncias quatuor. Et pone in cineribus per vnum diem naturalem vt bulliat lentiſſimo igne: poſtea pone in balneo per duos dies naturales. & illud quod ſolutum inuenies in hoc tempore euacua per declinationem in alio vaſe, & ſerua illud in balneo leui. Poſtea ſuperfunde de alio nouo menſtruo, quantum eſt pondus calcis remanentis inſolutæ. Et fac bullire ſuper cinerem per vnũ diem naturalem, & in balneo per duos dies, vt ſuprà feciſti. Poſtea euacua quod ſolutum eſt, & ſimiliter cũ alio ſeruato in balneo, pone & ſerua. Et ſic continuabis fili noſtram ſolutionem regalem, quouſq; totum aurum ſit conuerſum in aquam glorioſam. Fili per hoc lucidatur tibi clauſula, quę dicit in theorica teſtamẽti: diſſolue æqua lance librata. Et cap. Artis fundamentalis quod incipit: Omnes liquefactiones, &c. Et cap. in lib. de conſeruatione vitæ humanæ quæ incipit: Hæc ſolutio eſt aurum potabile: & in Epiſtola abbreuiationis in illa clauſula quæ dicit, ſcias quòd peracta diſtillatione, &c. Si in ea ſolueris aurum & aquam euolare permiſeris, & demum in loco humido pones in quatuor diebus, per ſe ſoluetur. Et hæc ſolutio eſt aurum potabile. Intelligas fili quòd ſalute humana aurũ diſſolui cum menſtruo vegetabili antequã immiſceas

cum argento viuo queat. pro metallis autem minimè ſine illo. Et de hoc intelleximus in lib. de intentione Alchimiſtarũ, tuo Illuſtriſs. patri condito in cap. quod incipit: Poſtquam fili habueris aurũ cum tota ſua anima. Et in lib. experimentorũ in cap. incipiente Fili poſt liquefactionẽ auri cũ mixtione menſtrui, &c. Et in lib. principiorum naturę in cap. incip. A' reſoluto & putrefacto incipiendus eſt lapis. Et in lib. intitulato, Naturæ huius lapidis in cap. incepi, poſt ſolutionem Auri cum mẽſtruo Argenti viui. Tunc procede ad ſulphur naturę. Tunc fili habebis aurum ſolutum cum omnibus capitulis ſibi ſpectantibus elucidatis. Et igitur cũ Dei auxilio ad naturæ ſulphur metallorum procedamus.

De Sulphure Naturæ.

Et fili modus eſt iſte, quòd tu accipias illud aurũ ſic ſolutũ, & pones in balneo Marię, & diſtilles ab eo totũ menſtruũ, quouſque ſit aurum ad modum ceræ fuſæ. Tũc fili ſcias pondus dictæ Materiæ, quę ſtat in vaſe ad modum liquoris ſpiſsi. Et ſuperpone de menſtruo illo, quod extraxiſti ab illa materia per balneum partes ſui ponderis, & pone in noſtro balneo Philoſophico per vnam diem naturalem. Poſtea pone in cineribus & diſtilla quod poteris, & quod diſtillatum eſt, pone in vaſe vitreo ad partem, & in ſuaui balneo, ſcias pondus dictæ materiæ, quæ remanet in vaſe, & ſuperfunde tres partes ſui ponderis de menſtruo prædicto, & digere vt prius per vnam diem in balneo, & diſtilla in cinere, & tantum reiterabis hoc Magiſterium, quouſq; tota ſubſtantia Auri tranſeat per Alembicum ſimul cum menſtruo. Tunc fili omnes diſtillati ſimul in vno vaſe pone, & in balneo diſtilla menſtruũ, & in fundo vaſis tibi remanebit liquor ſerenus, quem in balneo ſerua, & menſtruum ab eo extractum in alio vaſe ſerua in bal. Marię. Fili per hoc lucidatur tibi cap. in libro miſſo tuo S. Patri, quod incipit Accipe de Mercurio quem ſcis. Fili iſtud animam Metallorum vocamus. Et hoc intelleximus fieri in cap. noſtri Codicilli, quod incipit, poſt iam dictam ſolutionem. Et in lib. principiorum in cap. quod incipit: Cùm ſic autem menſtruum à materia aurea

rea liquoroſa & Mercurio, quem ſecum abſtraxeris. Et in lib. Lumen ſolis, in cap. quod incipit: Mercurius iam nobis notus eſt, liquor ſerenus, &c. Fili poſtea accipe terram tibi remanentem in fundo vaſis quæ eſt illa, ex qua extraxiſtis animam Auri, ſuperiùs iam tibi dictam, & calcina illam iſto modo, &c. R. Menſtruum quod tibi præcepi in balneo ſeruari; quod eſt illud, quod ab illa anima iam ſuperiùs reuelata extraxiſti per balneum. Et ſuperfunde de illo ſuper terra tantum ſui ponderis. Et pone in balneo noſtro Philoſophico, per vnam diem naturalem; poſtea in lentiſsimo cinere, vel igne lucernæ diſtilla, & iterum ſuperpone, de eodē menſtruo tantum ſui ponderis, & digere in balneo per vnam diem naturalem, & diſtilla in cinere, & hoc vſq; ad 10. vices reiterabis, donec terra ſit confuſa in puluerē impalpabilem. Poſtea pone ſuper terram, quæ eſt puluis impalpabilis de menſtruo quod ab eo puluere diſtillaſti, & pone in digeſtione in balneo per duos dies, poſtea diſtilla in cinere totum quod poteris, poſtea imbibe vt ſupra, & digere in noſtro balneo per duos dies, & in cinere diſtilla.

Et hoc reiterabis vſq; ad 10. vices ſemper cum nouo menſtruo eiuſdem qualitatis, vel donec terra illa tota ſiue puluis tranſeat per Alembicum ſimul cum menſtruo.

Fili iſtam terram ſic liquefactam & tranſactā vocamus in hoc lib. de Intentione Alchimiſtarum.

Et per hoc dilucidatur tibi princeps S. cap. Animæ artis tuo patri Illuſtriſs. miſſo quod incipit, Secunda pars in clauſula, quæ dicit quouſque tota terra tranſeat per alembicum ſimul cum menſtruo.

Fili accipe omnes diſtillationes, in quibus eſt terra illa, & pones eas in vaſe vitreo cū ſuo Alembico in balneo, diſtilla totum menſtruum ab ea, quouſque tota terra maneat ſicca. Tunc princeps ſereniſs. oportet te illam præparare, donec ſit apta ad recipiendum noſtrum mercurium, id eſt, illam animam, quam ſuperiùs ſeruaſti, quem Mercurium quem ſcis, & ſemen glorioſum vocamus. Et modus eſt quòd tu ſcias pondus dictæ terræ: & ponas deſuper quartam partem dicti men-

ſtrui; in quo eſt talis Mercurius. Et ponas in balneo per ſex dies in vaſe vitreo peroptimè ſigillato, poſtea aperi vas & in cinere lentiſſimo ſuperpoſito Alembico humiditatem ſuperfluam diſtilla. Poſtea auge ignem per alium gradum, & liquorem ſiue oleum, quod aſcendet ſerua, & iterum pone de ſuo menſtruo, in quo eſt ſemen ſuũ & digere per 6. dies ut ſupra, & diſtilla humiditatem.

Poſtea oleũ cũ alio repone, & peroptimè ſerua pro inceratione Mercuriorum: Et ſic continua quouſq; terra ſit diſpoſita ad amplectendam animam ſuam.

Fili ſignum eſt, quod biberit & retineat quatuor partes plus ſui ponderis: vel quòd ſi ſuper laminam auri vel Argenti ignitam modicum pones, & totum quaſi euolabit in fumum. Quòd ſi non fecerit, reitera quouſque tale ſignum faciat.

Fili hoc intelleximus fieri in toto cap. figuræ fundamentalis noſtri Teſtamenti, quòd incipit: Cunq; ea paraueris, & ſignũ prædictũ aſſecutus fueris. Et c. lib lumẽ ſolis quod incipit: Terra prẽgnans & parata eſt illa quę debet ſublimari. Tunc princeps ſereniſs. oportet te aliud ſcire, ſcil. eius ſublimationẽ: Quia hanc terrã appellamus lauacrũ Philoſoph. buffo, venenũ peſſimũ, & debet eſſe alba & aliquantulũ viridis. Quia ſua ſiccitate Mercurium ſuum, ſiue animam in ſulphur conuertit.

Et modus ſublimationis eſt:

Quòd tu ponas eã peroptimè puluerizatã in vaſe vitreo bene ſolido:, habente collum longũ peroptimè ſigillatum. Et ponas in igne quarti gradus, cũ forti igne, quantũ poteris, incipiente primo lento igne, & procedendo, continuando & fortificando vſq; ad 4. vel 5. horas, & aſcendet metallorum materia ad latera vaſis, ad modum Arg. vi. Princeps Sereniſs. per hoc elucidantur tibi multa capit. noſtrorum librorum, quos fecimus, & multa alia tibi addemus in teſtimonio declarato.

Et primò fili mi elucidatur tibi cap. in noſtro Teſtamento, quod incipit: Cùm tu diuiſeris lapidẽ in purificationẽ terrę, per hoc eſt noſtrũ ſulphur metallorum. Et cap. vade mecũ de numero Philoſoph. quod incipit: Cũ autem

autē per iam dictā ſublimationē Mercurius, &c. Et cap. in eodē lib. quod incipit: Purificatio terræ fit per viam ſublimationis in vaſe tertę. Et cap. Teſtamenti, quod incipit, duplici de natura reſpectu corporis & Mercurij. Et infra clauſulam quę dicit, quouſq; noſter ſpiritus aſſumat pennas. Et cap. Teſtamēti de natura ſuperioris fermenti, vbi tot ſignamus nomina eiꝰ ſulphuris glorioſi.

Et in anima artis, quod incipit: Fili oportet quòd habeas ſulphur naturę metallorū. Et hoc intelleximus fieri in noſtro Codicillo, in cap. quod incipit: Per iſtā diſtinctionem ſulphuris & terræ. Et in eodē codicillo, in cap. quod incipit: Fili intētio noſtra eſt tibi dicere naturā fermenti ſulphurei. Et in epiſtola abbreuiationis cū dicimus: R. vnciā vnā fermenti ſoluti. Et de eo intelleximus fieri in lucidario ſuper teſtamēto cū diximus: Tu in virtute Dei R. Solē, & pone in aquā vegetabilē. Et in lib. Lumē ſolis, in cap. quòd ſulphur quod albificatur in compoſitione arboris branchalis.

Scias quòd debet eſſe ſublimatū à ſuo metallo, ſiue albo ſiue rubeo. In lib. proprietatū, in cap. quod incipit: Propria rectificatio ſulphuris eſt depuratio per ſublimationem à ſuo metallo perfecto ſiue imperfecto.

Fili vt clariùs intelligas varijs nominib. Philoſophi iſtud glorioſum ſulphur appellauerunt, & ſecundū varias eorū operationes. Dixerunt quidā ſal armoniacū, ſal ignis, ſal nobile, aqua maris acuta, aqua cremans, ſal amarū, vitriolū, vitella ouorum, ſtella diana, ſtella matutina, aqua volans, aqua ſoluta, vmbra ignis, ſal cō mune, ſal condimenti, ſal anatron, ſal nit. Cinis boracis, ſal gemmę, Atincar, ſal ſaponis, ſal alchali, nubes congelata, Roſa, Ventus congelatus, Gelu, ventus corporeus, Secretū naturę, Aqua maris congelata, Arſenicum ſublimatū, puluis ad altum, aliàs ab alto volans, aſcenſus, ſulphur exhalatū, Mercurius ſublimatus.

Fili chariſs. ac ſereniſs. princeps iſta nomina diuerſa à diuerſis ſapientibus data de vna ſola re, id eſt de vno ſolo ſulphure noſtro intelligas.

Et hoc eſt, quod tibi reuelamus cū omni ſuo magiſterio: & hoc idē fecit vulgares & inſipientes aberrare propter ſui imperitiā, faciendo nos poſtea culpabiles.

Fili quod tibi diximus de vno, intelligas de omnib⁹

tam perfectis quàm imperfectis dixiſſe, quia idem eſt magiſterium omnium.

Huc vſq; fili dedimus tibi modum faciendi ſulphura cũ omni ſuo magiſterio, & cum declaratione cap. ſibi pertinentium. Modò autem dabimus tibi modum faciendi primas arboris Philoſophicæ radices cum omni regali ſuo magiſterio: poſtmodũ de trunco & branchis & floribus toti arbori pertinentibus, cũ gratia & curamine illius, qui eſt trinus in perſonis & vnus in eſſentia. Et quia in tali magiſterio iſtarum primarum radicũ, primæ arboris vegetabilis, oportet te elementa ſeparare, dabimus tibi modum.

Modus eſt Sereniſ. princeps ac fili dilectiſs. oportet te habere aliã materiã metallicam argenti factam per modũ, quẽ feciſti de Auro. Et cùm habueris ſic iſta duo ſulphura ſcil. auri & argẽti, oportet te in poſterũ in diuiſione procedere per modum, quem te docebimus.

Et fili Modus eſt.

Quòd tu accipias ſulphur auri iam dicti, & ponas in vas vitreum, & ſuperfundas ei de menſtruo vegetabili cœlico iã tibi noto, tantũ ſui põderis, & pones in digeſtione balnei per ſex dies. Poſtea infunde de nouo mẽſtruo ad ſui pondus: & pone in digeſtione de balneo p ſex dies. Poſtea pone in cinere per vnã diẽ, diſtillãdo totũ, quod poteris diſtillare, & pone cũ alio diſtillato priùs, & alterũ pone de nouo menſtruo & digere vt priùs, & diſtilla etiã, & tantũ reitera hoc regale magiſterium integraliter, quod tota terra ſiue ſulphur decoctũ euacuet aere ſuo, quod fit in 22. vicib. ſi ſciueris laborare.

Poſtea accipe omnes diſtillationes & pone illas in balneo, & diſtilla totũ menſtruũ. Et videas ſi totus aer manet ad modũ liquoris. Tunc cognoſces terram eſſe euacuatã aere ſuo, qui ſi nõ fuerit, reitera in nouo mẽſtruo in balneo digerendo vt ſupra in cinereq; diſtillãdo vſque ad 30. vices. Et tunc totũ ſulphur auri erit euacuatum ſuo aere. Tunc accipe aerem quem ſeparaſti, & pone ſuper ipſum totũ ſuum menſtruum quod eſt illud cum quo euacuaſti aerẽ & ſuperfunde ſuper terrã ſulphuris auri, & pone in digeſtione de balneo per

dies.

dies. poſtea in dicto bălneo abſtrahe totum menſtruũ per vnum diem, & per alium in cinere abſtrahe totum aerẽ & ignem quantũ poteris, ſcil. in alio receptaculo. Quod cognoſces quando aer incipit mutare colorem ſubrubeũ, ſerua iſtũ ignẽ ad partẽ. Et iterum pone aerẽ cũ menſtruo dicto abſtracto ab eo, vel cũ alio. Et pone ſuper terram in balneo, & digere vt ſupra per 6. dies, & diſtilla in balneo totũ menſtruũ per vnũ diem, & ignẽ in cinere, quod poteris ſeparando, deinde quodlibet de per ſe, vt ſupra feciſti, & ſerua ignẽ in balneo. Et iterum pone aerẽ cum menſtruo, & pone totum ſcil. aerem & menſtruũ ſuper terram, in qua eſt ignis vt ſupra, & digere vt ſupra, & tantum reiterabis hoc totũ magiſterĩũ, quouſq; terra ſit bene euacuata ſuo igne, quod fiet in 40. vicibus ſeu reiterationib. Ideo princeps S. & dilecte fili, habes elementa ſulphuris auri, ſeparata ad modum liquoris, & intelleximus hoc fieri in clauſula Lucidarij Teſtamenti dicentis: Noueris in noſtro opere eſſe liquores: primus eſt aqua cœleſtina, Secundus aer, Tertius Ignis. Et in cap. Animæ artis, in cap. quod incipit: Diximus ſereniſs. Rex aerem ſiue liquorẽ, de quo lapis Philoſophorũ componitur, vt tractamus de difficultate & tẽpore diuiſionis Elementorũ: tamen oportet te poſtea fili terrã ſublimare, & per hoc elucidatur tibi verbũ Lucidarij Teſt. dicens: Oportet terrã ſublimare, & titulũ in lib. de ꝓprietatib. in cap. incipiente, Sublimatio terræ ſit vt fiat Mercurius de intentione Alchimiſtarum. Et in lib. lumen ſolis, in cap. quod incipit: Mercurius de intentione Alchimiſtarum eſt tetra ſublimata. Et in lib. additionum, in cap. quod incipit: Noſter mercurius eſt aliquando terra ſubtilis dealbata. Et in anima artis, in clauſula quę dicit: Iſta quippe materia terrea, eſt argẽtum viuum de intentione Alchimiſtarũ. Iſta quippe intelleximus fieri poſt ſeparationẽ terræ ſeparatæ quidẽ elementa ab ea. Quã ſublimabimus per hunc modum.

Fili accipies illam terram quæ remanſit priùs ſeparatione aeris & ignis: & ponas illam in vaſe vitreo, & ſuperfundas de menſtruo vegetabili ad quantitatẽ terrę. Et ponas in balneo per vnũ diẽ naturalẽ, poſtea per aliũ diem in cinere diſtilla. Et iterum pone de dicto mẽ-

ſtruo ad pondus terræ: & digere in balneo per vnũ diẽ, & diſtilla in cinere per alium diem, & reitera digerendo in balneo & diſtillando in cinere, donec tota terra cõuerſa ſit in puluerem impalpabilem.

Tunc ſuper illã pone de menſtruo ad pondus illius, & pones in digeſtione de balneo per duos dies. Poſtea in cinere per diẽ diſtilla: & ſerua diſtillationẽ in balneo. Tunc ſupra terrã quæ remanſit, pone de alio menſtruo ad pondus ipſius, & digere per duos dies & diſtilla in cinere, & iterando inhũationes & diſtillationes procedes, donec terra ſit trãſacta per Alembicum ſimul cum menſtruo.

Iſta terra ſic cum menſtruo mixta, dicitur filĩ argentũ viuum exuberatum, de intentione Alchimiſtarũ, vt intelleximus in lib. Additionum in cap. quod incipit: Exuberatio argenti viui fit cũ noſtra aqua à terra.

Pone igitur iſtas diſtillationes, in quibus eſt iſta terra ad diſtillationẽ per balneum, & extrahe menſtruũ, & remanebit terra ſicca & præparata in fundo vaſis, ſerua. Ecce fili habes elementa ſulphuris Auri diuiſa cum Dei auxilio.

Tunc princeps ſereniſs. oportet te habere ſulphur Argenti, & de eo Elementa ſeparare, vt de auro ſeparaſti, ſcil. ſeparando aerem cum aqua menſtruali, & ignẽ cum aere & aqua, & terram cum menſtruo ſublimare, & cum eomet menſtruo illam per Alembicum facere pertranſire.

Habes etiã fili elementa ſulphuris albi, & elementa ſulphuris rubei ſeparatim diuiſa. Et de hoc intelleximus fieri in cap. noſtri teſtamenti quod dicit; Quando tu impaſtaueris, &c. Et in cap. de intentione magnæ artis, bono tuo patri miſſo, quod incipit: Poſt octo Elementorum ſeparationes intendendum eorum præparationi, &c. Modo fili chariſsime oportet te iſta intelligere in clauſula Lucidarij Teſtamenti quæ incipit: Itẽ poſtquam elementa ſic habueris ſeparata. Fili modus eſt quòd accipias aquam, ſiue menſtruum, cum quo ſeparaſti elementa ſulphuris Auri, & ſulphuris argenti Et cum elementis iſto modo diſſolue per libram quamlibet de menſtruo, ſcil. auri cum quo diſſoluiſti aurũ ℥j.

auri.

auri. Et in menſtruo cum quo diſſoluiſti argentum, ʒ. j. argenti, & pone quodlibet de per ſe in vaſe circulationis in balneo vel ſimo per 15. dies, & ibi fortificabitur in ſuam naturam menſtrualem. Fili hanc aquam appellamus menſtruum electuarium, ablutum & abſtractum à fecibus terræ: & hoc intelleximus fieri in cap. noſtri teſtamenti, quod incipit: Quando cum ea diuiſeris. Et in clauſula Lucidarij Teſtam. quæ dicit: poſt hęc verò tu accipe dictam aquam vegetabilem, fortificatā per vas circulationis, & Hermetis, quod eſt Pellicanus, & extrahe ſpiritum quintæ eſſentiæ.

Fili dilectiſſime habes duo Elementa aquea, quæ appellamus menſtrua præparata ad opus. Præpara ergo alia cum Dei auxilio per hunc modum.

Accipe duo elementa ſulphuris Auri, ſcil. Aerem & ignem, & pone ſimul in vno vaſe diſtillatorio, & pone in cinere ad diſtillandum cum igne temperatiſſimo, quouſq; ex quinq; partibus habeas tres partes diſtillatas in receptorio. Tunc dimitte infrigidari, & quod diſtillatum eſt accipe de per ſe, & ſeptem vicibus diſtilla de per ſe, ac ſerua ad partem. Poſtea redde ad diſtillandum, quam reliquiſti, quando ex 5. partibus diſtillaſti tres. Et ſuper duabus quæ remanſerunt continua diſtillationes, quouſq; videas ignem congelari ad latera vaſis. Dimitte infrigidari quouſq; ignis cōgelatus fuerit. Ille ignis quem extraxiſti, quouſq; ignis congelatus fuerit, dicitur Aes, ſecundus verò tinctura, & vocamus eum noſtrum ſecretum, & noſtrum theſaurū, & vaporem Elementorum. Illud etiā rectificabis fili per ſeptenam diſtillationem, & terram quam poſt diſtillationes primi & ſecundi aeris abſtraxeris à vaſibus, in quibus aerem primum & ſecundum diſtillaſti, pones in igne congelato, qui tibi remanſit in fundo vaſis, ſiue ad latera, quando primum & ſecundum aerem diſtillaſti: Tunc fili præpara iſtum ignem iſto modo.

Pone illum in vaſe diſtillatorio, & pone deſuper de ſua aqua propria quæ eſt illa cū qua ſeparaſti Elementa ſulphuris auri, quomodo tibi præcepimus reducere ad ſpiritum quintum in vaſe Hermetis, & diximus aquam ablutam à fecibus terræ, quinq; partes ſui ponderis fili

ſcil. ſuper vncia vna de dicto igne, 3. v. de dicta aqua. Et pone ad digerendum in balneo per 8. dies, poſtea in cinere lentiſsimo deſtilla. Et iterum pone de noua aqua ſcil. quinq; partes & digere vt ſupra, & diſtilla vt ſupra, & totum reitera cum iſto regimine vſq; ad ſeptē vices. Et ſic habes ignem ſulphuris calcinatum Philoſophica calcinatione. Et ſic habes ignem & terram ſimul calcinatā Philoſophica calcinatione. Et ſunt duo Elementa ſulphuris rubei præparata ad limos deſertos. Et nota quòd debes ponere terram ſulphuris auri, quam calcinaſti & præparaſti poſt ſeparationem Elementorum ſulphuris rubei cum terra, quam extraxiſti ab aere mixto cum igne, & ambas pone cum igne congelato.

Modo fili accipe terram ſulphuris argenti, quæ tibi remanſit poſt ſeparationem Elementorum : & illam præpara, quemadmodum feciſti & præparaſti & calcinaſti terram auri poſt ſeparationē elementorum, ſimul cum menſtruo ſublimando : & in puluerem inpalpabilem reducendo. Et cum eodem menſtruo per Alembicum portando & faciendo pertranſire, & hoc totum ſcil. hanc præparationem terræ ſulphuris Argenti facias cum menſtruo, cum quo ſeparaſti ſulphuris argenti Elementa. Tunc habes terras ſulphuris Auri & argenti præparatas de per ſe, quod cognoſces ad ſignū tibi datum, ſcil. ponendo parum ſuper lamina lunæ ignita, euolabit in fumum maior pars. Tunc accipe illas terras pro æquali pondere & vnias, & pone in vaſe præparatorio : poſt accipe Menſtruum, cum quo ſeparaſti Elementa Lunæ. Et in eo ponas in libro vna vnciam vnam ſulphuris vegetab. quod tibi demonſtrauimus facere ex terra vini, & diſtillare facias totam per Alembicum pertranſire: & tunc habebis menſtruū, cum quo extraxiſti Elementa ſulphuris Lunæ, animatum & acutum. Tunc fili oportet te terras ſulphurum antedictorū ſcil. Auri & Argenti ſimul miſcere, & cum eo præparare, dando ſibi quartam partem ſui ponderis, & digerēdo & exiccando, vt in creatione ſulphurum fit, quouſque bibat quatuor partes de dicto mēſtruo, & ſit diſpoſita ad ſublimandum, quam ſublimabis in igne quarti gradus. Et nota quòd omnes iſtæ præparationes & diſtillatio-

ſtillationes terrarum ſimul deberent in balneo fieri. Et ſic Fili habes ſulphurum naturam ſiue materiam, ſiue terram vegetabilem metallicam in vno genere vnitam, ad lapidem componendum glorioſum, altũ & virtuoſum: qui tibi transformabit argentum viuum vulgi in perfectum Solem ſeu Lunam, ſine iuuamento ignis, ſed tanquam oculus Baſiliſci, qui ſolo intuitu interficit animalia, quem ſic compones. Sed ſcitis, fili ac ſereniſs. princeps, vt pro compoſitione iſtarum radicum tàm ſublimis & altæ arboris, quam limos deſertos in quib. tota virtus cœli & terræ, ad hoc magiſteriũ pertinens in fundatur magna diligẽtia, & ſummo ingenio cõponas.

Et fili modus eſt quòd tu accipias de terra ſiue ſulphure vegetabili, quod vniuiſti in vno genere per ſublimationem, quæ eſt illa, quam appellaſti terrã ſulphuris in vno genere vnitã, & eam ponas in vaſe vitreo & ſuperfundas de menſtruo, cum quo ſeparaſti Elementa ſulphuris Lunæ, & præparaſti dictum genus terræ tãtum ſui ponderis, & ponas in balneo Philoſõphico per tres dies naturales: & in illo tempore ſoluetur totum, pone totum ſic ſolutum, in balneo Mariæ vulgari, & diſtilla menſtruum & terra generica vnita per ſublimationes remanebit vt oleum, quod oleum vnguentum Philoſophorum appellamus, & vnum de ſecretis quod procuraujmus occultare.

Et p hoc declaratur tibi capitulum Teſtamẽti quod incipit: pcurabimus eclare arcanũ, vbi poſuerimus eũ: Tunc accipe de iſto oleo ſiue vnguento dato dragmas 10. de aere lunę priùs rectificatę ʒ.j. & dragmam vnam aeris ſolis. Et pone in igne cineris & diſtilla, & quod diſtillatur quod eſt ferè totum, dicitur limus deſertus terreus, ſerũa illum ad tempus. Tunc accipe de Elemẽto ignis ſulphuris auri iam præparati & congelati dragmas 20. & de Elemento aeris Lunæ ʒ.j. & de Elemento aeris ſulphuris auri dragmã aliam. Et pone totũ in cineribus & diſtilla, & quod diſtillatur, quod ex eo erit fere totum, dicitur limus deſertus æthereus, ſerua ad tempus. Tunc accipe de Elemento ignis ſulphuris auri vnciam vnam, ſiue dragmas ſeptem, & iterum certifica illud iſto modo, pone ſuper eo 5. partes de ſuo men-

ſtruo proprio, quod eſt, cũ quo ſeparaſti Elementa e-iuſdem ſulphuris Auri, & pone in balneo ad digeren-dum per vnum diem naturalẽ, poſtea in cinere diſtilla, quod poteris. Et iterũ pone de dicto mẽſtruo & digere & per cinerem diſtilla. Et tantum reitera quod totum tranſeat per balneum & cinerem. Tunc accipe tantum ſui ponderis de dicta terra vegetabili vnita & ſublima-ta ſimul, & vnias ſimul & non diſtilles: Sed hic dimittes. Et dicitur limus deſertus terreus non vaporizatus. Item accipe vnciam vnam dictæ terræ, vnciam vnam olei ae-ris Lunæ, & miſce ſimul. Et facias idem magiſterium, quod feciſti de præcedenti auro. Et dicitur limus deſer-tus terreus lunificus, non vaporizatus. Et hoc intellexi-mus fieri in lib. Lumen ſolis, in cap. quod incipit: Non tota elementa vaporizamus: & quia fili volumus tibi totũ magiſterium declarare, noluimus fili præambula facere, ſed totum particulariter declarare. Et habes in Dei auxilio limos compoſitos pro lapide excellentis virtutis. Modo nobis videtur tibi dare modum cœlifi-candi & præparandi illos ad virtutes cœli & terræ acci-piendas.

Et fili modus eſt iſtæ:

Quod tu facias facere ſeptẽ vaſa ænea vel ferrea, quę ſint virgulata, & ſint ſicut illa in quibus cantant pſitaci, ſiue papagalli. Sed virgulæ ſint magis ſtrictæ ita quòd non poſſit intrare aliqua terra, nec cœleſtis nec terre-ſtris, ſed ſolum vapor cœli & terræ, quos habebis per influxum. Et cum Dei auxilio accipe princeps ſereniſs. limum factum ex 10. dragmis vel vncijs, ſi poteris ha-bere tantũ terrę vel ſulphuris vniti, quod eſt illud quod vniſti ex terra ſulphuris auri & ſulph. Argenti, & appel-lamus oleum vnguentum, & ex vna dragma aeris lunę, & vna aeris Solis, ſimul mixtis. Et iſtum limum pones in vaſe vitreo cum collo longo optimè ſigillato ſigillo Hermetis. Et iſtud ponas in vaſe virgulato de illis quæ feciſti: Et pone ſubtus terram per vnum brachium vel duo & dimittas per annum cum dimidio, vel ad minus per annum cooperiendo benè illud cum terra ſua, & ſeruando ab omnibus periculis. Et in iſto tempore affi-

citur

citur vna aqua potestatem habens mirabilis virtuti fixatiua lapidis. Et habet virtutes mirabiles acquisitas à Cœlo, quas contraxit à vaporibus terræ, plusque à duobus arcatur fortis arcus. Fili super hoc quiesce. Tũc accipe limũ, quem fecisti ex 10. dragmis ignis sulphuris Auri, & ex vna dragma aeris dicti, & vna dragma Aeris sulphuris Lunæ. & illud pone in alio vase vitreo, cum collo longo optimè sigillato igne ardente, & pone in alio vase virgulato, & pone suspensum in aerem arbori vel longè abdicato ab omni vento & puluere & omni periculo. Et permitte per vnum annum cum dimidio, vel vnum annum ad minus integrum, vt de alio diximus. Et ibi efficietur vna aqua clara habens virtutem indurandi, fixandi, congelandi, penetrandi, faciendi lapidem volatilem. Et dicitur mercurius acutus vel acuratissimæ penetrationis.

Quo facto accipe limum non vaporizatum nec cœlificatum, & qui est ille quem fecisti ex vna dragma elementi ignis sulphuris solis, & ex vna dragma terræ vnitæ, & illum quem fecisti ex vna dragma sulphuris terræ Lunæ vnitæ, & vna dragma aeris lunæ. Et illa ponas quodlibet de per se in vase vitreo sigillato, vt de alijs est dictũ. Et ponas subtus terram per vnum brachium per annum integrũ, in vase virgulato, vt de alijs dictum est. Et in illo tempore efficietur vna aqua, habens mirabilem virtutem coniungendi. Et super hoc quiesce: Tunc accipe limũ quem fecisti ex 10. dragmis ignis vel aeris & vna terræ. Et accipe quod supereſt, quod est aer lunæ, quia non accepisti nisi ab eo tres dragmas, quando fecisti limos. Et illud pone suspensum ad aerem, in vase vitreo sigillato & vase virgulato vt de alijs fecisti. Et ibi recipiet virtutes cœlicas, quæ sunt media coniunctionis inter limum terræ, limũ ignis & aliorum.

His quippe peractis, Accipe aerem secundum qui est ille, quem abstraxisti ab igne congelato dragmis 10. & terræ vnitæ ʒ. j. qui est ille aer, quem tibi diximus dici oleum Philosoph. & pone de per se in alio vase vitreo, bene sigillato, & vase virgulato, & pone ad aerem prope alia quæ ibi posuisti per annum integrum.

Quo facto, accipe menſtruum cum quo ſeparaſti Elementa ſulphuris lunæ; & pone in quolibet vaſe vbi eſt menſtruum vnciam 1. ſulphuris vegetabilis, & pone in balneo. Et poſtea in cinere, quouſq; facias tranſire totum ſal, cum quolibet menſtruo de per ſe. Tunc quodlibet menſtruum ſic rectificatum, ſiue viuificatum & animatum, pone in vaſe vitreo & ſigillato de per ſe, & in ſuis vaſibus virgulatis, & ponas ad aerem ſuſpenſum prope alia ad annum vnum.

Quo facto accipias Oleaginem Lunæ, quæ eſt illa, quam abſtraxiſti à terra Lunæ, quando præparabas eã pro creatione Lunæ ſulphuris, quam præcepimus tibi ſeruare. Et diximus quod ſulphur retinebat Mercurium, & diximus quod erat pro creatione, & ponas in vaſe vitreo ſigillato, & pones in aere, & ibi efficietur aqua fluxibilis, & virtuoſa & mirabilis penetrationis.

Et quod diximus fili de Oleagine inceratiua alba, dicimus de Oleagine inceratiua rubea. Et habes fili lapidem in octo partes diuiſum, tres in terra & quinque in aere. Et per hoc elucidatur tibi cap. in lib. Lumen ſolis quod incipit: Octo quidem elementa, &c.

His quippe peractis & compoſitis, oportet te princeps Illuſtriſs. duas arboris Philoſophicæ componere radices fundamentales diſtinctas, vnam albam & vnã rubeam tranſmutantem quelibet de per ſe, Mercurium vulgi in aurum & argentum ſine iuuamento ignis minerali meliora. Ex quibus ſimul mixtis efficitur arboris truncus; vel brancha. Ex qua per ſublimationem cauſantur, quatuor ramuli cum ſuis floribus. Et elucidatur tibi tota figura quarta cum ſuis cameris.

Et fili modus compoſitionis primæ radicis eſt, quod tu accipias limũ non vaporoſum quem ſepeliſti in terra. Et ſit ille, quem feciſti ex vna vntia terræ vnitæ genericæ ſimul ſublimatæ & vntia 1. aeris lunæ, & pone illud in vaſe vitreo putrefactorio. Et tunc accipe menſtruum acutum, cũ ſulphure vegetabili, quod eſt illud, quod ſuſpendiſti ad aerem, & eſt album menſtruum: Sed illud cum quo ſeparaſti Elementa ſulphuris lunæ. Et diuide in duodecim partes æquales ſcil. vncias.

12. & vnam

12. & vnā pone cum dicto limo albo nō vaporizato, & pone in balneo Philoſophico per 12. dies. Poſtea aperi vas, & ſuperfunde aliā, & ſic facias de duodecim in 12. diebus, quouſq; menſtruum album ſit in vna ſubſtantia criſtallina, cum illo limo terreo non vaporizato. Tunc accipias limum terreum nō vaporizatum, qui eſt ille, quem feciſti ex 10. dragmis terræ ſimul ſublimatæ, ſcil. terræ ſulphuris Auri & ſulphuris Argenti, quam yniſti per ſublimationem poſt ſeparationem Elementorum. Et illam diuide in duas partes, & vnam partem ſerua pro compoſitione rubeæ radicis. Et aliam partē diuide in 5. partes æquales. Et vnam partem pone cum materia, quæ eſt in vaſe & ſubſtantia criſtallina, quæ eſt illa, quam ſuperius feciſti ex limo non vaporizato & menſtruo albo. Et pone in balneo per 5. dies, & poſtea aperi vas, & pone aliam partem vt prius de dicta materia. Et permitte in balneo per alios 5. dies, & ſic facies de 5. in quinque diebus, donec illas 5. partes poſueris, poſtea pone in ſtuffa ſicca vas ſigillatum optimè in calore ſolis per dies 20. & congelabitur ad modum gummi, & ſuper hoc quieſce. Poſtea habeas de menſtruo, quantum tibi placet, & acuas & fortifices cū argento hoc modo. In vna libra menſtrui pones j. 3. lunæ calcinatæ, & tunc diſtillando & digerēdo, vt moris eſt, quouſq; totam animam Lunæ attraxerit ad ſe, quod erit quando ſoluerit quaſi dimidium, vel ʒ iij. & iſtud menſtruum taliter cum vigore Lunæ acutum & fortificatum dicitur vapor potentialis.

Tunc cum iſto menſtruo ſic facias. Accipe de argento benè depurato & amalgamato, cum quinque partibus ſui de Mercurio, & diſſolue, & fac tranſire per Alembicum, & procedas vſque ad ſulphur noſtrum. Tunc accipias ſulphur prædictum, & ſcias pondus. Et cum quatuor 3. dicti ſulphuris portas vnciam vnam dictæ gummæ, quæ eſt illa, quam ſeruaſti, & peroptimè mole in mortario vitreo, & ponas in vaſe vitreo cum collo longo. Poſtea accipe elemētum aëris Lunæ quod ſuſpendiſti in aëre, & diuide per 10. partes æquales: & vnam partem ſuperfunde de dicta materia, & pone in balneo per 10. dies: Poſtea aperi vas & ſuperfunde a-

liam partem, & mitte ſtare per alios 10. dies ſemper vaſe bene clauſo, poſtea aperi, & ſuperfunde aliam partem, & ſic facies de decem in 10. diebus. Tunc eſt materia tota ad modum olei criſtallina, pone in igne ſicco ad modum caloris ſolis per dies 25. & congelabitur, & erit materia tendens ad luciditatem. Tunc accipe oleaginem, quam tibi præcepimus ſuſpendere in aëre. Et eſt illa quam abſtraxiſti, quando calcinabas terram Lunæ pro creatione ſulphuris primi, quam diximus tibi retinere Mercurium de per ſe. Et illam miſce cum alia Oleagine, quam abſtraxiſti à ſulphure, quod poſuiſti cum illa gumma ſuperius dicta pro compoſitione radicis arboris. Et diuide totum in quinque partes, ſcilicet Oleagines mixtas. Et cum vna parte incera guttatim, ponendo vas in cineribus calidis, poſtea ſigilla & pone in balneo per octo dies, poſtea aperi vas, & ſuperpone aliam guttando, & permitte per alios octo dies in balneo, & ſic facies de octo diebus in 8. dies, quouſque totam oleaginem bibat. Tunc ponas in igne ſicco temperato per octo dies & indurabitur. Tunc auge ignem per alios octo dies & dealbabitur. Tunc iterum ſolue in balneo & iterum in igne congela, & facias vſque ad quatuor vices. Tunc pone in vaſe vitreo optimè ſigillato. Et pone ſubtus terram per unum cubitum ſpacio quindecim dierum. Et in illo tempore efficietur in modum gummæ in claritate Adamantis. Fili in iſta medicina fecimus Argentum melius minerali, ſine iuuamento ignis, ſed ſolo odore illius. Et hoc fili peruenit ex virtutibus olei, quas acquiſiuit influxus mediante aëre & vapore terræ. Ideo tanquam viſus Baſiliſci operatur, & ſic cognoſces eius virtutem inſitam. Fili iſta glorioſa medicina, quam primam radicem totius naturæ appellamus, ſemper remanet illæſa & immutabilis & incorruptibilis quieſce ſuper eam. Fili diximus tibi vſque modo de medicina incomparabilis precij, ſcilicet de radice alba.

Modo tibi dicamus compoſitionem alterius radicis rubeę cum Dei auxilio. Fili accipe limum non vaporizatum rubeum, quod feciſti ex terra rubea, & igne congelato, quem ſepeliſti in terra, & pone in vaſe vitreo

cum

cum collo longo. Et tunc diuide menſtruum rubeum, cum quo ſeparaſti elementa auri, quod eſt illud, quod ſuſpendiſti in aëre in duodecim partes æquales, vt de albo feciſti. Et vnam partem ſuperfunde in vaſe cum dicto limo, & pone in balneo per 12. dies, & poſtea aperi vas & ſuperfunde aliam partem, & permitte per alios 12. dies in balneo prædicto, & totum hoc præexcellens magiſterium, reitera de 12. in 12. dies, quouſque omnes 12. partes dicti menſtrui poſueris cum dicto limo, vt feciſti in compoſitione radicis albæ. Et fili eſt limus iſte, qui diuiditur per compoſitionem iſtarum radicum, limus factus ex 10. dragmis terræ ſimul vnitæ, Et dragma vna aëris lunæ, & vna aëris ſolis. Et illam partem diuide in quinque partes. Et vnam partem pone ſuper materiam criſtallinam rubeam in balneo per quinque dies. Poſtea aperi vas & ſuperfunde aliam, & permitte per alios quinque dies: & ſic de quinque in quinque diebus, donec omnes quinque partes poſueris. Tunc pone in noſtro Athanor ad congelandum per 25. dies, vt in albo feciſti, & ſuper hoc quieſce. Tunc accipe limum æthereum, quem feciſti ex viginti dragmis ignis ſulphuris ſolis, & vna dragma aëris, eiuſdem ſolis, & diuide illum in 12. partes æquales. Et vnam partem pone ſuper illam gummam, quam congeliſti. Et pone in balneo per 10. dies. Et poſtea aperi vas & inuenies totum ſolutum, ſuperfunde aliam, & ſic facias de decem in decem dies, quouſque omnes decem partes dicti limi bibat. & iterum congela, poſtea facias de alio ſulphure Auri amalgamato, cum quinque partibus Argenti viui vulgi, vt ſuprà feciſti de luna per eundem modum.

Fili regula generalis eſt: Quòd iſta ſulphura ſumantur à corporibus perfectis vnumquodque de per ſe, cum menſtruo vegetabili in iſto magiſterio nil variando, & dicuntur ſulphura duorum luminarium, ſcilicet Auri & argenti huic magiſterio conuenientia. Et ſcias pondus dicti ſulphuris Auri, facti ex auro & argento viuo vulgi, cum noſtro menſtruo, & cum vncijs 4. pone vnciam vnam dictæ gummæ rubeæ ſecundò congelatæ, & in mortario vitreo mole, quouſque totum fiat v-

num corpus, & fili tum facias de dicto ſulphure quod poſſis cum eo dictam gummam proportionare. Quo facto accipe ſecundum aërem, quem diximus Theſaurum Philoſophorum, & diuide in quinque partes æquales, cum vna parte imbibe materiam, & totum pone in balneo per 10. dies vt ſuprà. Et in iſto tempore totum erit ſolutum. Pone aliam partem dicti aëris ſecundi, & permitte in balneo per alios 10. dies. Et ſic facias quouſque omnes quinque partes ponas. Poſtea pone in ſtuffa vel Athanor in calore ſolis, & in octo dies congelabitur. Tunc ℞. oleaginem rubeam, quam ſuſpendiſti in aëre quæ eſt illa, quam diximus retinere Mercurium de per ſe, & cum ea pone aliam, quam extraxiſti à terra Auri & argenti viui vulgi. Quando ex ambobus ſimul feciſti ſulphur, & illas ſic mixtas in 12. partes diuide, & cum vna parte incera totam medicinam rubeam, & illam in calore ſolis per octo dies, & tunc aperi vas, & pone aliam partem, & exicca in eadem ſtuffa per alios octo dies. Et ſic facies quouſque omnes 12. partes poſueris: & quãdo ſic habueris cõgelatam & ceratam, procede ad diſſoluẽdum in balneo eam per octo dies: poſtea congelando in eadem ſtuffa ſicca, quouſq; amplius non poſſit congelari. Tunc pone in vaſe aureo vel vitreo bene clauſo, & pone ſubtus terram per vnum cubitum, & in ſpatio quindecim dierum efficietur vna gumma ad modum Carbunculi. Cuius vnam guttam ſi proieceris ſuper Mercurium, habet poteſtatem conuertendi mille millium partes in verum aurum. Sicut nos fecimus ſine iuuamento ignis: ſed tamquam viſus Baſiliſci. Et illa medicina remanebit ſemper illæſa & incorrupta pro alijs proiectionibus.

Fili nos fecimus iſto modo proiectionem cum eadem gutta Medicinę, vſque ad centum vices, ſupra centum, & ſemper faciebat nobis aurum. Ecce princeps ſereniſſ. habes duas radices totius arboris animæ altiſſimæ cõpoſitionis & inæſtimabilis proiectionis, & inæſtimabilis effectus tranſmutationis, ſine iuuamento ignis. Et hoc ſibi peruenit ex influxu ſtellarũ cœli & influxu vaporum terræ. Ex quibus conſtituunt iſtæ duæ radices primæ arboris, ex quibus deriuantur aliæ quatuor

mor radicunculę. Ex quibus formatur prima figura totius naturæ.

Sed antequam deueniamus ad compoſitionem dictarum radicum, dabimus tibi modum deriuandi & creandi medicinas latitudinis, quæ ab his deriuantur, quas appellamus barbas radicum arboris philoſophicæ.

Et fili modus eſt, quòd tu habes de ſulphure puræ Lunæ facto per modum iam tibi dictum & notum. Et ab eo diuide Elementa ſecundum doctrinam ſuæ diuiſionis tibi dilucidata: videlicet cum menſtruo aërem, & cum aëre & menſtruo ignem. Et cum menſtruo terram ſublimando, & menſtruum ab ea per Alembicum euacuando, quouſq; terra ſit præparata in puluere impalpabili ſecundum ſignum tibi notum. Tunc accipe illam terram, & pone tãtum ſui ponderis cum ea de lapide albo iam perfecto & deducto ad altiſſimam materiam, & tantum ſui ponderis de ſua aqua ſcilicet de menſtruo. Et ponas totum in balneo per octo dies, & in illo tempore totum ſoluetur. Tunc accipe Elementum aëris ſulphuris Lunæ, quod feciſti, & diuide in 10. partes, & vnam partem ſuperfunde, & in balneo ponas. & per decem dies permitte: poſtea aperi vas & ſuperfunde aliam, & per alios 10. dies permitte. & ſic facias quouſque totum ſit ſubſtantia cryſtallina. Tunc accipe ignem dicti ſulphuris Lunæ, & diuide in octo partes æquales, & vnam partem ſuperfunde & tene in balneo per octo dies vel decem. Et aperi vas & pone aliam. Et ſic facias quouſque totus ignis ſit coniunctus, & erit ſubſtantia cryſtallina, quam congela in ſtuffa & erit ad modum gummæ. Incera illam cum 12. parte oleaginis & ſicca vt ſuprà. Poſtea cum alia 12. incera vſq; ad 12. partes, quas feciſti oleaginis, bibat. Poſtea diſſolue & congela, vſque ampliùs congelari non valeat: Et erit medicina altiſſimæ proiectionis. Et eſt iſta radicuncula alba, dependens à prima radice alba fundamentali Arboris.

Fili per eundem modum compones radicunculam rubeam dependentem à radice rubea fundamentali per magiſterium, idem cum ſulphure rubeo Auri diui-

dendo ab eo Elementa & coniungendo vt ſuprà. & habes radicunculas albas & rubeas dependentes à duabus radicibus.

Modo autem dabimus tibi modum componendi barbas iſtarum radicum. Et modus eſt, quòd tu accipias vncias duas de ſulphure Lunæ, & de iſta medicina alba vel rubea, quam dicimus radicunculam ʒ j. & de menſtruo vegetabili libras iij. & pone in vno vaſe circulationis in balneo vel ſimo ad circulandum, vſque tranſeat per colores ſuos, ſiue albos ſiue rubeos, & generetur ab eo infans, quod fit in 45. diebus, & efficietur in iſto tempore lapis rotundus, munda eum à fecibus circum circa, & ſic ſolum diſſolue & congela, & ſic erit alba medicina. Et ſic habes.

Et fili per hoc elucidatur tibi cap. in lib. de modo practicandi in princip. picturæ arboris philoſophicæ, quod tangit primas radices arboris albas & rubeas.

Ecce fili habes radices arboris cum ſuis radicunculis & barbis latitudinalibus completas. Modo docebimus te docere truncum arboris rubeum vel album per hunc modum.

Accipe ſulphur Auri factum per doctrinam tibi traditam & lucidatam, & funde in eo Elementa per modum, quem docuimus te ſuprà, & ſubtilia terram cum ſuo menſtruo, & fac illam ſtare ſupra laminam ignitam ſine fumo, ſecundum modum doctrinæ tibi ſuperiùs traditum, calcinatarũ aliarum terrarum metallicarum, & oleaginem colligendo vt de alijs dictum eſt, & illam per Alembicum facias pertranſire. Et non oportet te ſublimare: poſtea menſtruum, quod eſt aqua ſua facias de per ſe ſepties diſtillare. Et terram quam fecerit cum terra prædicta ponas, poſt aërem ſupra ignem ponas, diſtilla in cinere vſque ex 5. partibus habeas tres. Poſtea diſtillationem continuabis quouſque ignis congeletur ad latera vaſis. Et aërem ſecũdum ſeruabis vt ſuprà feciſti in alia ſeparatione Elementorum, quod diximus Theſaurum.

Tum illum ſepties de per ſe diſtilla, & terram quam fecerit cum igne congelato ponas, poſtea ignem congelatum cum menſtruo calcinabis, digerendo & diſtillando

lando quouſq; per menſtruum & ignem aſcendere facias totum, ſecundum doctrinam tibi traditam in ſeparatione Elementorum ſulphuris Auri, & ratificatione eorum pro compoſitione limorum.

Poſtea accipe terram prædictam in qua poſuiſti terras Elementorum poſt diſtillationes eorum, & ponderа illam. Et cum ea pone tantum ſui ponderis, de medicina primæ radicis arboris iam dictæ, quæ fuit ad modum carbunculi. Et ſuperfunde de menſtruo tãtum ſui ponderis quantum eſt totum. Et pone in balneo per 12. dies, & inuenies totum ſolutum. Tunc diuide aërem in 10. partes. Et vnam ſuperfunde, & in balneo per 10. dies tene. Et aperi vas, & ſuperfunde aliam, quouſque totum aërem ponas, ſicut in compoſitione radicum feciſti. Tunc diuidas ignem in octo partes, & vnam partem cum materia ponas in balneo per 8. dies. Pone poſtea aliam & digere per octo dies in balneo. Et ſic facies de octo dieb. in 8 dies, quouſque totum ponas. R. poſtea ſecundum aërem, qui eſt noſter Theſaurus, & in 5. partes diuide, & unam partem ſuperfunde materiæ & pone in balneo per 5. dies, poſtea aperi vas & ſuperfunde aliam: Et ſic facias quouſque totum Theſaurum ponas. Tunc pone totum in ſtuffa ſicca per 25. dies ad cõgelandum. Poſtea oleaginem quam extraxiſti à terra Auri, quando feciſti ſulphur ex ea, & quando diuiſiſti Elementa à dicto ſulphure, & diuide in duodecim partes. Et cum vna parte incera, & in cinere ſicca: Et ſic facias quouſque cum omnibus 12. partibus inceraueris. Tunc procede ad diſſoluendum & congelandum, quouſque ampliùs congelari non valeat, & ſerua.

Ecce fili habes dimidietatem trunci arboris rubeam. Compone igitur aliam dimidietatem albam per eundem modum, nihil variando vel mutando, & habebis truncum totius arboris, quæ dicitur truncus diuiſus. Demonſtrabimus tibi poſtea de toto igne trunco, cum magno accurtamento, & mirabili effectu tranſmutationis. Et quia oportet nos totum integraliter dicere, cum Dei auxilio incipiemus. Et modus eſt, cum Dei auxilio, vt tu incipias per ſubtilem modum compoſi-

tionis componere truncum integralem: Poſtea dabi-mus tibi modum componendi branchas, in ſuis ramu-lis & floribus ab eo dependentibus.

Et fili modus eſt, quòd tu accipias limum non vapo-rizatum, factum ex vna vncia Elementi ignis, & vna vn-cia terræ ſulphuris ſimul ſublimatæ, quam in terra ſe-peliſti, & pone cum eo limum æthereum, qui eſt in aë-re tantum, quod ſuper eum natet, quod eſt illud, quod feciſti ex 20. partibus Elementi ignis ſulphuris Auri, & vna elementi aëris eiuſdem. Et totum efficietur vna gumma, vt de alijs dictum eſt. Et fili iſta gumma con-gelabit nobis Mercurium vulgi in Aurum, ſicut de mi-nera, vt de alijs dictum fuit. Poſtea accipe limum terræ, factum ex 10. partibus terræ ſulphuris ſimul ſublimati, & vna aëris ſulphuris lunæ, & vna aëris ſulphuris ſolis, & ponas in mola argentea vel vaſe vitreo, ſicut poſui-ſti aliam. & taliter quòd poſſis illam capere, & facias ſupernatare in limo æthereo facto ex 10. partibus aëris ſulphuris lunæ, & vna terræ antedictæ, & vna aëris ſul-phuris, & efficietur gumma, quæ transformat metal-lum imperfectum, vt de alijs dictum eſt. Tunc accipe iſtam gummam primam terream, & pone illam in vaſe vitreo, & poſtea accipe bis tantum ſui ponderis de men-ſtruo albo tibi noto, cum quo ſeparaſti Elementa ſul-phuris Lunæ, & diuide in 12. partes æquales, & vnam ſuperpone cum dicta gumma, pone in balneo in vaſe vitreo per octo dies & ſoluetur. Aperi vas & pone aliã partem de illis 12. partibus, & dimitte per alios 8. dies, quouſque 12. partes ponas.

Tunc accipe limum æthereum factum ex 20. parti-bus ſiue dragmis, vel vntijs ſulphuris aëris lunæ, & vna parte ſulphuris Auri, & illum in decem partes diuide, & vnam partem pone in vaſe, in quo ſtant duo limi, & menſtruum in forma Criſtallina, & permitte in balneo per decem dies, & aperi vas, & ſuperpone aliam par-tem de dictis decem partibus, & permitte in balneo per decem dies: poſtea aperi vas & ſuperpone aliam, & ita facies reiterando, quo vſque omnes decem partes po-ſueris. Poſt hoc accipe limum factum ex 20. partibus ignis ſulphuris Auri, & vna aëris eiuſdem Auri, & vna

aëris

aëris ſulphuris Lunæ. Et illum diuide in octo partes æquales, & vnam partem pone in vaſe, in quo ſtat tota materia iam compoſita, & permitte in balneo per octo dies. Poſtea aperi vas & ſuperpone aliam. Et ſic facias in tantum reiterando, quouſque omnes partes poſueris. Poſtea accipe limum factum ex 10. partibus ſecundi aëris, & vna parte ignis ſulphuris auri, & eſt illud quod appellamus Theſaurum, & illud diuide in 5. partes. Et pone vnam partem ſupra materiam compoſitam, quæ ſtat in vaſe, & per dies quinque in balneo permitte: Poſtea aperi vas, & ſuperfunde aliam, & in balneo per octo dies permitte, & denique ſic facies, de 5. diebus in quinque dies, donec totum ponas.

Fili per hoc elucidatur tibi cap. noſtri Teſtamenti in cap. quod incipit: Ne mireris, quia tam longum opus enarrauimus, quia oportet te habere patientiam. Modo princeps ſereniſſ. Accipe oleaginem albam, quam in aëre ſeruaſti, & in 12. partes diuide, & partem ad partem ſupra materiam pone incerando, & in balneo digerendo, & in ſtuffa ſiccando, poſtea diſſoluendo & congelando, quouſque congelari amplius non valeat: & erit materia alba in colore Adamantis, tranſmutans omne corpus imperfectum, & verum argentum congelando ex eo infinitas partes. Et dicitur truncus albedinis paratus ad rubedinem. Tunc fili mi procede cum oleagine rubea, quam ſupra ſeruaſti in aëre, incerando & digerendo, deſiccando & diſſoluendo & congelando vt de albo feciſti. Et ſic erit materia vt Carbunculus tranſmutans in aurum perfectum, & dicitur truncus arboris rubens & completus. Ex quo deriuantur duæ branchæ principales: & in præſenti ponemus. Et quia princeps ſereniſſ. ſubtiliori doctrina & cum alta dependentia cum hoc cognoſces attente aduerte. Et accipe totam materiam compoſitam ex limis & menſtruo, antequam oleaginem in ea ponas, & pone in ſtuffa ſicca per 20. dies, & optimè congela. Poſtea pone illam in vaſe apto ſublimationi, & pone in igne tertij gradus, per quadraginta horarum ſpacium, & ſublima partes elementales albas, quæ ſublimabuntur ad latera vaſis. Et partes Elementales rubeæ remanebunt, in fundo ru-

bicundiſſimæ. Separa ſulphur album ad partem, & pone vas in igne quarti gradus, in quo eſt ſulphur rubeũ, & da ignem fortiorem quantum poteris, & ſublimabitur tibi ad latera vaſis, & erit ita lucẽs & mirabile, quòd tranſcendet claritatem carbunculi. Fili per hoc elucidatur tibi cap. noſtri Teſtamenti quod incipit: Fili ſulphur album, iuxta illud verbum quod dicit, album ſublimatum & rubeum manet in fundo, vt ſcarlata rubeum & ſublimabile, licet iſta omnia ſe extendunt ad ramulos ſubbrancharum, & ad accurtationem arboris accurtatæ, & ſuorum particularium, vt in compoſitione ſua edocetur.

Et fili per hoc elucidatur tibi cap. in lib. lumen ſolis, quod incipit: Si album ſublimaueris à rubeo, ſecreta brancharum ſunt tibi parata. Et in lib. additionum, in cap. quod incipit: Sulphur album & rubeum, ſunt truncus arboris, & radices brancharum, &c.

Accipe ſulphur illud album fili, quod ſublimaſti, & pone in vaſe vitreo, & pone deſuper de menſtruo. Et pone in balneo per octo dies. Et poſtea extrahe menſtruum, & remanebit tibi oleum & vnguentum Philoſophorum. Fili per hoc elucidatur tibi cap. noſtri Teſtamenti, quod dicit: Coacti ſumus celare arcanum vbi poſuerimus, licet hæc verba ſe extendunt ad alias ſereniſſimas compoſitiones. Tunc habeas aquam Argenti viui vulgi, quam tibi oſtendimus facere in præcedentibus. Et diſſolues in ea ſcilicet in libra vna, vnciam vnam Argenti fini, & aliam in dimidia auri, hoc ſcilicet in balneo. Tunc accipe ſulphur quod ſeruaſti album, & pone in dicta aqua, vbi eſt corpus ſolutum ſecundum debitam proportionem, ita quod cum ʒ iiij. aquæ ponas vnam dicti ſulphuris, & pone in ſtuffa ſicca per 25. dies & congelabitur in materiam Criſtallinam. Tunc accipe oleaginem, quam ſeruaſti albam, quæ eſt illa, quam diximus tibi non ponere cum materia compoſita, & cum ea incera dictam materiam diuidendo illam in 12. partes, & ponendo vnam pro vice qualibet, & digerẽdo & deſiccando, per 8. dies, vt de alijs dictum eſt: & ſic facias, quouſq; cum omnib. 12. partib. inceres tuũ lapidem. Poſtea procede ad diſſoluendum & congelandum,

landum, quouſque ampliùs congelari non valeat, Et factum eſt tibi venenum, transformans album & lumen luminum, tibi congelans argentum viuum vulgi, in argentum bonum ſicut de minera, ſine iuuamento ignis. Et eſt prima brancha arboris alba.

Tunc accipe ſulphur rubeum, quod in alio vaſe ſublimaſti, & pone in vaſe vitreo cum menſtruo, & fac de eo oleum & vnguentum, ſicut de albo feciſti. Et diuide in 5. partes, & pone partem ad partem cum medicina glorioſa alba in balneo digerendo, & in ſtuffa ſiccando. Tunc accipe oleaginem rubeam, & diuide in 12. partes, & cum vna parte incera & digere & deſicca, poſtea congela. Et ſic fac quouſque omnes 12. partes ponas. Poſtea procede ad diſſoluendum & congelandum, vt in alio dictum eſt, quouſque congelari non valeat. Et habebis venenum rubeum, transformans ſine iuuamento ignis, vt de albo dictum eſt. Ecce fili habes duas branchas principales, quarum fili ponemus ramulos ac flores cum ſuis multiplicationibus & accurtationibus. Poſtea dabimus tibi doctrinam noſtræ arboris vegetabilis, miro modo accurtari, cum ſuis radicibus trunco, branchis & floribus, & in ſermone noſtro miro modo accurtatæ. Et fili modus eſt: Quod accipias ſulphur album per modum doctrinæ tibi traditę, & ab eo diuide elementa, per modum ſuæ diuiſionis ſuperiùs tibi datæ, & ea elementa cœlifices in aëre & terra vt de alijs feciſti. Quando cœlificaſti pro compoſitione aliarum medicinarum. Et illa fixes cum parte vnius medicinæ iam dictæ, ſiue albæ, ſiue rubeæ, & ſic poteris in infinitum procedere, & erũt medicinæ tranſmutantes ſine iuuamento ignis, & poteris multiplicare radices truncum & branchas, ramulos & flores, cum elementis ſulphuris auri rarificati, cœlificati ſcilicet coniungendo terram, cum tanto ſui ponderis de medicina, & aquam ſiue menſtruum in 12. partes diuidendo. Et partem poſt partem ponendo, & in balneo digerendo. Et poſtea aërẽ in 10. partes diuidẽdo, & partẽ in balneo coniungẽdo. Poſtea aërẽ ſecundum in 5. partes diuidendo, & partem poſt partẽ in balneo coniungendo, poſtea ignem in 8. partes. Et partem poſt partem in balneo

coniungendo, vt de alijs dictum eſt. Poſtea oleagine Auri in 12. partes diuidendo, & partem poſt partem incerando, & in ſtuffa ſiccando, vt in ceratione aliarum dictum eſt. Poſtea diſſoluendo & congelando, vſq; cõgelari ampliùs non valeat. Et poteris per latitudinem huius albæ arboris in infinitum procedere multiplicando. Ecce fili habes totam arborem altiorem totius latitudinis noſtræ complemento compoſitionum.

Modo componemus tibi duas branchas cũ magna breuitate accurtare vnam vegetabilem, aliam mineralem, cum ſuis radicibus, truncis, branchis, ramis, floribus & mineris, & alijs accurtationibus ſimplicibus, & inſertionibus cum vulgari multiplicatione.

Non arbitreris fili ac princeps ſereniſſ. lapidem magnum noſtrum non poſſe cõponi, ſine eo quod facias limos deſertos in aëre vel in terra ſuſpẽſos vel ſepultos. Sed crede mihi quòd poſſis cum reſpecta accurtatione altiſſimi lapidis in hunc modum componere, primùm incipiendo à radicibus lapidis, vt de alia arbore feciſti. Accipe ſulphur lunæ factum per doctrinam tibi traditã & notam: & pone illud in vaſe vitreo, & ſuperfunde ei tantum ſui ponderis, de menſtruo vegetabili iam tibi noto, cum quo feciſti illud met ſulphur, & pone in balneo per 8. dies, & in illo tempore totum erit ſolutum. Accipe vas & pone in balneo Marię, & diſtilla menſtruũ per illum: poſtea pone vas in cinere, quod eſt ignis ſecundi gradus, & diſtilla aërem quoad poteris, & ſuper materiam infunde de nouo menſtruo, & ſic tantum ſui ponderis. Et pone in balneo per alios 8. dies, & poſtea per balneum diſtilla menſtruum, & in cinere aërem diſtilla, & tantum reitera totum hoc magiſterium, quod totum aërem ſepares per ignem cineris. Poſtea pone ſupra iſtum aërem totum ſuum menſtruum, cum quo illum ſeparaſti, & totum pone ſupra terrã quæ remanſit, in qua eſt ignis dicti ſulphuris Lunæ. Et pone totum in balneo per 8. dies, poſtea ſepara menſtruum per balneum, & pone vas in cinere, & diſtilla aërem, poſtea in igne quarti gradus, qui eſt à terra diſtilla ignem, & ſerua ad partem. Poſtea pone menſtruum ſupra aërem & aerem & menſtruum ſimul ſupra terram, quæ remanſit.

Poſtea

Poſtea pone in balneo per 8. dies & digere: poſt ſepara menſtruum per balneum, & aërem & ignem per cineres. Et tantum reitera iſto regimine, quòd totus ignis ſeparetur à terra ſua. Fili gradus ignis dabit tibi cognitionem iſtorum Elementorum: quia aliter non cognoſcitur, ideo valdè vtilis eſt doctrina.

Gradus ignis balnei, eſt ignis primi gradus. Ignis cineris, ſecũdi gradus. Ignis ſublimationis tertij gradus. Ignis vrentis fortioris, quam poteris, eſt ignis quarti gradus. Poſtquam habueris iſta elementa ſic ſeparata, habes illa ſubtiliare, rarificare. Accipe igitur iſtam aquam, quę eſt menſtruum, & diſtilla in balneo de per ſe ſepties. Et ſi fecerit aliquid de terra, pones illam cum terra, quæ tibi remanſit. Poſtea accipe aërem, & diſtilla illum de per ſe ſepties, & terram quam fecerit pone ſupra ignem. Tunc aerem de per ſe ſepties diſtilla, vel donec noluerit diſtillari, ſed in puluerẽ conuertetur. Tunc accipe menſtruũ, & pone ſupra illum, & digere in balneo per dies, poſtea in eodem balneo menſtruum, & in cinere aerem, & ſerua. Et iterum reitera iſto regimine, donec totus aer ſit tranſactus per alembicum, mediante menſtruo in igni cineris: tunc habes album rarificatum, ſerua in vaſe, & erit ad modũ olei ſcil. aer ille. Tunc ignem accipe, & diſtilla ſepties de per ſe, vel donec noluerit diſtillare, & erit puluis rubicundiſſimus. Et terrã, quã fecerit in qualibet diſtillatione, pone cum alia terra, poſtea ſupra ignem pone de menſtruo 5. partes ſui plus, & digere in balneo per 3. dies. Poſtea per idem balneum diſtilla menſtruum, & per cinerem diſtilla ignẽ, & iterum pone 5. partes menſtrui, & digere vt priùs, & diſtilla menſtruum per balneum & ignem per cinerem. Et reitera iſto regimine, quouſq; totus ignis, qui remanſerat ſit tranſactus per cinerem & balneum, mediante ſuo menſtruo. Et erit ad modum olei.

Ecce habes fili tria elementa ſulphuris ſeparata, purificata, rarificata, actuata ad opus. Tunc accipe terram illam, & cum menſtruo præpara, ſubtiliando & digerendo, quouſq; currat ſuper lamina, vt de alijs dictum eſt. Et ſic terra eſt præparata ad opus, & argentum viu. de intẽtione Alchimiſtarũ, & ſulphur terræ. Ecce habes

quatuor elementa ſulphuris Lunæ ad opus præparata.

Tunc oportet te ſereniſſ. princ. terram ſulphuris Auri ſeparare, ſubtiliare & rarificare. Et modus eſt quòd tu accipias ſulphur auri, & ponas in vaſe vitreo, & ponas de menſtruo, in quo feciſti illud ſulphur tantū ſui ponderis, & in balneo digeras, & per cinerē digeras, & per cinerem diſtilles, vt de albo annotatum eſt, quouſque totus aer tranſeat per cinerem, & illum aerē ſerua. Tunc aerem & menſtruum ſuper terram & ignem ponas, & digere per 8. dies, poſtea in balneo extrahe menſtruum, & in cinere aerem, & in arena ignem quo ad poteris. Et iterum ſuperfunde menſtruum & aerem, & menſtruum per balneū, & aerem per cineres, & ignem per arenam abſtrahe, quouſq; totus ignis ſit à terra euacuatus. Tūc habes Elementa ſulphuris auri ſeparata fixa: Et rarifica illa priuſquam operēris.

Et fili modus eſt quòd tu accipias aquam, quod eſt menſtruū, & illud rectifices ſepties, ſicut de albo feciſti, & terram quam fecerit cum terra ponas, & diſtilles per cineres, donec videas, quòd ex 5. partib. habeas tres. Et tunc permitte infrigidari, & ſerua aerē de per ſe, & mane facto, ſequere tuam diſtillationem, ſuper illas duas partes quę remanſerunt in fundo vaſis, quouſq; ignem congelatum in fundo vaſis vel latera Alembici. Et iſtud quod abſtraxiſti, quouſque congelatus fuerit ignis, eſt aer ſecundus, Tinctura, Theſaurus, oleum occultum. Tunc illud de per ſe rectifica, & terram quam fecerit in qualibet diſtillatione, pone in igne congelato in fundo vaſis. Et habes aerem ſecundum, purificatum & rarificatum, & aerem primum rarificatū. Et habes Elementa ſeparata purificata & rarificata, & intereſt vt illa diſponas ad opus. Et modus eſt quòd tu accipias ignem congelatum ſupradictum, & ſuper eum ponas de mēſtruo ſuo 5. partes: & in balneo digeras, & menſtruum in eodem balneo diſtilles, & ignē in cinere ponas, & des ſibi ignem in calore ſolis ingeniosè per horas 12. & iterum ponas de menſtruo ſuper eū, videlicet 5. partes, & menſtruum diſtilles & per 12. horas in calore lento calcina. Et iterum reitera totum hoc regimē vſq; ad octo vices, & erit puluis rubeus, in quo eſt tinctura. Tunc pone ſuper illum

per illum de dicto, quod eſt ſua aquã, 5. partes, & pone in balneo per tres dies naturales. Et in illo tempore ſoluetur. poſtea in eodẽ balneo menſtruũ, & digere, & in balneo menſtruum diſtilla, & in cinere oleum: & ſic cõtinua donec totum tranſeat per balneum & cinerem. Ita ignis, qui priũs erat puluis, modo ſit oleum diſtillatum. Modo fili dicitur perfectè rarificatus. Modo aerem accipe, & ſuper illum 5. partes mẽſtrui ponas, & digere & diſtilla, calcina vt de igne feciſti, vt ſit puluis. Poſtea cum menſtruo ſuo ſoluas & digeras & diſtilles, quouſque ſit oleum, vt de igne dictum eſt.

Secundus non indiget alia rarificatione. Terram prẽparabis, vt de alijs terris ſulphuris dictum eſt, & in vno genere vnies. Ecce fili habes Elementa ſulphuris ſeparata, lucidata & calcinata & rarificata. Cum quib. opus noſtrum ſiue radices incipere potes. Quod ſic facias: Habeas vncias ſeptẽ de Amalgamate facto ex vna parte Auri, & vna Argenti & 5. Mercurij, & pone in vaſe vitreo, & pone cũ eo vnciam j. terræ, & vnc. j. ignis rarificati, & totũ in mortario vitreo moles, & in eodem vaſe vitreo cum eo pones tantum ſui ponderis de mẽſtruo, cum quo ſeparaſti & præparaſti elementa & terras elemẽtorum quas inunxiſti ſimul: & ſi terræ fuerit vncia j. & ignis alia parte iterum vltra illam portionem vnc. vj. ponendo in tres partes ſeu vices, dictum menſtruum in balneo quælibet vice per 10. dies digerendo. Poſtea extrahas & pones in cinere honeſtiſſimo cum igne, ſerraturę per alios 10. dies, & cõgelabis vaſe bene ſigillato. Poſtea auge ignem per vnum punctum, & ſpacio 24. horarum totum calcinabis ingenioſè: Poſtea aperi vas & pone ſuper materiam calcinatam phyſicaliter aliam partem: Et claude vas optimè. Et pone in balneo per alios 10. dies, & totum iterũ ſoluetur. Tunc per alios 10. dies congela, & per 24. horarum ſpacium calcina ingenioſè, & tantũ reitera totum iſto regimine obſeruato, quouſq; totam aquam ponas cũ terra ſine ſulphure & igne mixtis ibi poſitis, quouſq; in puluerem conuertas. Tũc oportet te princeps S. aerem imponere, vt ſit mediũ huius lapidis magni, & benedicti: Et ſic facias. Accipe aerem ſulphuris Lunæ & ſit ad pondus æquale terræ,

ſcil. terræ ſulphuris Lunæ & ſulphuris auri, quas ſimul vniſti. Et illum in 10. partes diuide æquales, & vnam partem pones ſuper materiam ſuperiùs vnitam, & calcinatione phyſicali calcinatam. Et pone in balneo per 10. dies & totum ſoluetur. Poſtea pone in cinere per alios 10. dies, & congela. Et poſtea per 24. horarum ſpacium calcina ingeniosè. Et ſi aliquod ſublimabitur, redde ſupra calcem, & tantū reitera, & totum aerem cum calce miſceas & vnias, & in calcē ſimul cū alia calce reddas.

Tunc accipe ignem totum ſulphuris Lunæ, & diuide illum in 5. partes, & pone vnā partem ſupra materiā ſiue calcem, philoſophicā iam dictā, & pone in balneo per dies 8. & tunc extrahe & congela in ſtuffa, & ingeniosè calcina vt ſuprà. Et iterum pone aliam partē dicti ignis albi, & diſſolue in balneo, & in cinere cōgela, & calcina cautè; & tantum reitera totum iſtud regimen, imbibendo, & diſſoluēdo, & congelando & calcinādo, quouſq; totus ignis dicti ſulphuris Lunę ſit ibi poſitus coniūctus & in calcem reductus. Et tunc rectè fili habes calcem philoſophorum veram & phyſicam, tinctura firma lapidis albi benedicti. Tunc accipe oleaginem quā ſeruaſti, quæ eſt illa, quam extraxiſti, quando præparabas terrā Lunæ cum menſtruo pro creatione ſulphuris Lunæ, & incera calcē guttando guttam, poſt guttam per 12. partes. Poſtea in cinere ſicca ingeniosè. Poſtea gutta & exicca. Et ſic facias quouſq; totam oleaginem ponas. Et tunc erit medicina limpida, quam per 16. dies in balneo diſſolues & in ſtuffa per 26. dies congelabis, quouſq; ampliùs congelari non valeat. Et eſt prima radix arboris vegetabilis accurtatus alba. Modo fili oportet te ipſam rubeam facere.

Et modus eſt: Accipe aerem ſulphuris auri & diuide in partes 10. & pone vnam ſupra medicinā albam phyſicalem antedictam. Et pone in balneo & digerendo diſſolue per dies 12. poſtea pone in cinere per alios 10. dies, & congela ingeniosè. Poſtea ſpacio 24. horarum calcina in magno ingenio: Poſtea aperi vas & pone aliam partem, & in balneo digere, per 12. dies & in cinere congela, & ingeniosè calcina, & iterum pone aliam partem. Et tandem incera totum iſto regimine & omnes de-

nes decem partes prædictę aeris ſulphuris Auri ponas, & in materiã cõuertas. Poſtea accipe ſecundum aerem, qui eſt theſaurus noſter, & diuide in 5. partes æquales, & cum vna parte incera calcem, guttando ſupra cineres: poſtea pone in balneo p 5. dies & digere, & poſtea exicca, & in cinere cõgela, & ingeniosè per 24. calcina. Et pone aliam partem & digere, & per dictum tempus deſicca & calcina, & iterum reitera iſto regimine, quod totum aerem ſecundum ponas. & in calcem cum alia medicina calcinata conjungas. Et poſtea accipe ignem rarificatum, & diuide in 8. partes æquales, & vnam partem pone cum dicta materia, & in balneo per 8. dies digere. Poſtea in cinere per alios 8 dies exicca, & per 24. horas ingeniosè calcina: poſtea aliam partẽ ſuperfunde & digere vt prius, & exicca in cinere, & calcina ut ſupra, & tandem reitera quòd octo partes ponas iſto regimine obſeruato & in calcem conuertas. Et erit carbũculus rubicundiſsimus, calx Philoſophorum, Tinctura firma, Elixir, Lapis benedictus, radix arboris accurtatæ rubea.

Tunc accipe oleaginem Auri, quam ſeruaſti, & eſt illa, quam extraxiſti à terra auri, quando illam præparaſti pro creatione ſulphuris ipſius, & illam diuide in 12. partes, & cum vna parte incera calcem phyſicam iam factam, quæ eſt totus lapis, & duæ radices arboris accurtatæ guttatim. Deinde ponas in ſtuffa ſicca, & exicca per dies 8. & cum alia parte incera & exicca, & iterũ pone aliam & exicca quouſq; omnes 12. partes poſueris, & ſuper totam calcem imbibas. Et tunc poteris in balneo ponere, & ſpacio 15. dierum ſoluetur, & habes calcem in oleum.

Et ſi vis ſeruare, in oleo ſerua: Sin autem, congela in ſtuffa ſicca, & erit lapis excedens omnem lapidem rubicundiſsimũ. Et dicitur ſecunda radix arboris accurtatę, quam poteris diuidere in duas radicunculas. Et ex ea potes barbulas, vt dictum eſt, de prima compoſitione facere. Sed miro modo accurtabis. & ab alio diuerſo & per vnam viam minerarũ altæ proiectionis & infinitæ multiplicationis, vt tibi oſtendemus clarè.

Et modus eſt quod tu accipias de medicina iã dicta,

& ponas ſubtus Mercurium, per viam minerarum vſq; facias maſſam frangibilem iſto modo. Accipe vnciam vnam dictæ medicinæ, & pone in vaſe vitreo cum collo, & ponas deſuper vncias 5. de amalgamate facto ex vna parte & 5. argenti viui. Et vaſe optimè ſigillato, ponas in igne ſerraturæ vel de carbonibus paruis per ſex horas. Et reſpicias quando vides congelatã in formam metalli, quam non debes totaliter in metallum transformare, & per hoc tibi elucidatur cap. noſtri Teſtamenti, quod dicit, non eſſe intentionis, quòd facias vnum fruſtum metalli, ſed ſequere ignem vſq; ad alias ſex horas, & videbis materiam in forma pulueris rubicundiſsimi transfigurati propter vapores ſulphuris, penetrantis amalgama.

Fili per hoc elucidatur tibi cap. noſtri libri quarti particularis, quod incipit, incipiamus cum ſulphure facere cinerem, & cap. lib. Lumen ſolis, quod incipit: Vapores noſtri ſulphuris penetrant totum amalgama. Et cap. in lib. de proprietatibus quod incipit: proprietas noſtri ſulphuris ſiue lapidis, eſt pulueriz ando ſuas virtutes multiplicare.

Tunc fili mi vt mineras componere poſsis & eas multiplicare. Et fili modus eſt: Quòd tu accipias vnam partem dicti pulueris, & illam proijcias ſupra 10. amalgamę factę ex parte vna Auri, & quinque mercurij, & conuertetur in pulueren, & tum de illis 10. vnam ſupra alias 10. Amalgamæ, vel ſimiliter Mercurij. Et ſic procedas quouſq; videas materiam non condenſari, nec in metallum conuerti, ſed in maſſam congelatam durã & frangibilem. Et de illa facias experientiam, ſcil. de vna parte, quot partes conuertit in metallum. Quia tunc tu vides finem proiectionis quando conuertit in maſſam frangibilem vt tibi dixi. Et habeas ſcientiam, ſupra quot pondera ſe extendit ille puluis ſulphuris medicinalis, cõputando à prima proiectione vſq; ad maſſam frangibilem. Tunc accipe illam maſſam frangibilem vltimo congelatam, quam tibi dicimus ſulphur vltimò congelatum, & ab eo diuidas ʒ. j. vel lib. ſecundũ quod tibi placet, & ſerua pro proiectione in tuis neceſsitatib.

Reſiduum verò pones in vaſe vitreo, cũ longo & ſigilla-

gillato, & tene ſemper in igne temperato, qui dicitur ignis nutritionis, & de 30. diebus in 38. dies, dabis ſibi quinquageſimam partem Mercurij vulgi, & conuertetur in maſſam, cum illa abſtrahe illam quinquageſimã partem pro proiectione, & aliam quinquageſimã pone ad cõuertendum in maſſam. Et in infinitũ facies. Et ſic habes materiam ſulphuream, quæ nunquam deficit tibi in infinitum.

Poteris quidem fili hanc minerã facere cum ſulphure albo vel rubeo Auri vel Argenti, ſine eo, quod ſepares elementa, nec facies medicinam ſupra Mercurium ſecundum modum minerarum, quẽ priùs inueniſti, quod tibi nominamus, faciendo maſſam duram frangibilem. Et partem huius maſſæ pro proiectione ſeruando, & in vaſe vitreo aliam ponendo vt prius, & cum igne lentiſſimo, illã nutriendo & cõſeruando, & quinquageſimã partem Mercurij, de menſe in menſem dando. & tandẽ pro proiectione accipiendo, & tandẽ pro maſſa creanda ponendo cum ʒ. j. vel vnc. 1. dictæ maſſæ accipias, & illam cũ ʒ. j. Auri Amalgamati cum duab. ʒ. Mercurij vulgi pones, & in vno vaſe vitreo poſtea diſſolues ʒ. ij. auri cũ menſtruo vegetabili magno vel minerali. Et facias per alembicũ pertranſire: Et menſtruum per balneũ attrahes vſq; ad medietatẽ. Poſtea cum reſiduo ponas ʒ. j. ſulphuris vegetabilis, vel de ʒ. vegetabili, ſi mineraliter operatus fueris. Tunc abſtrahe totam aquam per balneum, & remanebit tibi oleum Auri, cũ quarta parte illius, incera amalgama. Et in igne per octo dies, cum licinio vno lucernas congela, poſtea in cinere per diem naturalẽ exicca magis, & ſic partem poſt partem ponendo & ignẽ augendo. Et ſi aliquid ſublimauerit, redde ſupra feces, & ſubtiliter terendo & imbibendo incera cũ alia quarta dicti olei ſolis, & per octo dies cõgela. poſtea per diem magis exicca, & per aliũ ſublima. Et quod ſublimaueris terræ cum fecibus, & iterũ imbibe. Et ſic fac iſto regimine per omnes dictas quatuor partes olei; ponas & ſicces & fixes cum tota materia. Et iterum habebis calcem phyſicam, quã pones ad ſoluendũ cum menſtruo in vaſe apto. Poſtea congela & ſolue, & iterum calcina, & conuertet Mercuriũ in aurũ

cum altiſsima proiectione. Et poteris cum vna alia manerie iſtas barbulas radicum cum meliori accurtatione componere: Et dicuntur camerę. Modus eſt:

Quod tu accipias menſtruũ tibi notum, & in eodẽ diſſolues ſulphur, & facias per Alembicum tranſire. Et per balneum menſtruum euacuabis, & ſulphur remanebit vt oleum in fundo. Accipe de eo quantum vis, & pone in cinere in vaſe ſigillato per 20. dies & fixabitur, incera cũ eo ſulphur corporis imperfecti, factũ per doctrinã tibi traditam, & de creatione aliorum ſulphurum, & incipit: R. calcem cuiuſcunq; corporis volueris, & habebis medicinã penetrantem & tingentem albam ſiue rubeã, & differentiã branchulę arboris accurtationis. Poteris & in alia manerie magis accurtare, quòd tu accipias unc. 1. dicti olei, & pones in vnc. 7. Mercurij ſepties ſublimati cum vitriolo. Et ſemper ſublimes terendo, quod eſt inferius & ſuperius, quouſq; totum fixetur, ſolue & congela, & erit tibi medicina conuertens.

Modo tibi dabimus accurtationem magni trunci arboris vegetabilis lapidis accurtati: & modus eſt, quòd tu accipias Aurũ & illud cum menſtruo diſſolues ſcil, vnc. iij. & tantundem lunæ calcinatę in eodẽ menſtruo diſſolues. poſtea per alembicũ tranſire facias. Tunc totum coniungas, & in eomet diſſolue vnc. 1. auri & unc. j. Argenti, poſtea per 45 dies putrefacias, per Alembicũ ſepares Elementa ſecundũ doctrinam phyſicalem tibi traditam.

Tunc accipe terrã & illam præpara vſq; ſupra laminã currat, vt de alijs dictum eſt. Poſtea ℥. j. Argenti puriſſimi & mediam auri puriſſimi & amalgama cum 3. octo argenti viui vulgi, & pone cum eo terram quam pręparaſti: poſtea pone de aqua ſua, quæ eſt aqua cœlica, diuidendo illam in 12. æquales partes, & pone vnam partem vt ſuprà: & in balneo per octo dies digere, & in cinere lentiſſimo congela, & iterum aliã partem, & digere & deſicca vt ſupra. Reitera iſto regimine tantũ, quòd tota aqua ſit coniuncta cum terra, & agamalgamata, & erit ad modum pulueris ſubtiliſſimi.

Tunc accipe aerem lunæ & diuide in 8. partes æquales, &

les, & vnam partem pone cum materia & digere & desicca & sublima per diem: Et si quid sublimauerit terrę cum fecibus, siue cum materia remanente in fundo. Et pone aliam partem, & per 8. dies digere, exicca & sublima & tere cum materia. Et sic facies quousq; totus aer Lunæ sit coniunctus cum materia. Tunc accipe ignem dictæ Lunę & diuidas in 5. partes, & vnam partē superpone & digere per 8. dies & exicca, & pone aliam, quousq; totū ignem Lunę posueris. Et habes medicinā albā fundentem & penetrantē, & cōuertentē quodcūq; corpus imperfectū, in metallum perfectū: ponas illā in vegetabili & habito pondere. Accipe de aqua sua, siue menstruo rubeo cum quo separasti Elementa Auri & Argenti simul, & iterum illam in 12. partes diuide, & vnam partem supra totum ponas, & digeres per octo dies in balneo, & exicca, & superpone aliam partem, & digere & exicca. Et facias quousq; totam aquam imbibes cum materia, & totum in puluerem siue medicinā transparentem conuerte. Tunc accipe aerem auri, & totum diuide in 10. partes, & vnam partem pone in dicta materia, & digere per 8. dies vel 10. & exicca vt supra & pone aliam partem, & digere & exicca. Et sic facias quousq; totus aer fixetur cum materia. Tunc accipe ignem dicti auri, & in octo partes diuidas, & partem post partem ponas per modum suprà tibi annotatū, digerendo & desiccando. Et habes medicinā rubeam accurtatam minori tempore, quam poteris multiplicare per vias supradictas.

Interest modo fili dicto de trunco Arboris accurtationis dicere de particularibus maioris accurtationis. Et modus est quòd tu accipias aurum & argentum, quando soluta fuerunt & putrefacta, sine eo, quod separes elementa, & ponas ad circulandum, vsq; quo fixetur. Postea cum menstruo dissoluas vsque quo sit oleum. Et cum isto oleo sic soluto incera sulphur imperfecti corporis, & habebis medicinam albā siue rubeam, secundum quod posueris fermentum. Et fili fermentum est, quòd quando tu volueris ponere ad circulandum solutionem Auri & Lunæ simul, si volueris, quòd sit album, pone materiā lunæ solutæ in alio mē-

ſtruo. Et ſi rubeum, ponas aurum: & ſi volueris perfectiori modo, diſſolue Lunam ſiue Aurum in aquâ argenti viui tibi ſuperiùs annotata. Et in cap. opus namque margaritarum, ſi vegetabilẽ operatus fueris: ſi autem mineralem, redeas ad practicam Teſtamenti vt ſupra, & illam mixtionem fixa & diſſolue & congela vſq; ſit oleum. Fili iſtud oleum facit tibi miram proiectionem, & potes eam multiplicare, cum ſulphure corporis imperfecti, tibi iam demonſtrati, cerando, vel cũ argento viuo ſublimato cum vitriolo ſepties, vt ſuperiùs tibi diximus.

Et ſic habes totam doctrinam accurtatoriã magnæ arboris & minoris cum ſuis accurtationibus, cum omnibus radicibus, barbis, truncis, branchis, floribus, pulueribus, & pulueri zationibus, ſiue mineris & cameris, & particularibus fixationibus & multiplicationib. modò ad diſſoluendum cum animali procedamus.

De parte Animalis Lapidis.

O fili eſt alius modus huius ſulphuris naturæ pro parte animali, in qua eſt ſubtiliſsima ſcientia ſicut in vegetabilib. quod facies per modũ quẽ te docebimus. Et fili modus eſt, quòd tu accipias vrinã iuuenum bonę complexionis, & ponas in vaſe vitreo per 40. dies donec putreſiat. Et fili per hoc elucidatur tibi cap. noſtri codicilli, tuo illuſtriſ. patri conditi, quod incipit, vade mecum de munere Philoſophorum, in clauſula quæ dicit, ℞. vrinam Mercurij viui. Et cap. tertiæ partis practicæ ſecretorum noſtræ Theoricæ, in cap. quod incipit, ℞. B. & pone in vaſe vitreo, per 40. dies, &c. poſtea accipe cucurbitam, & depone cooperculum, & alembico ſuperpoſito in balneo per 40. horarum ſpacium, diſtillabis aquam claram, & remanebunt in terra ſpiritus. Exicca bene terram & aquam, per balneum, ſepties rectifica, & ſal album, quod facit, in qualibet diſtillatione collige cautè, ne aerem ſentiat, & pone in aqua ſua. Fili per hoc elucidatur tibi cap. noſtri lib. experimentorum, in cap. quod incipit, Et ſal quod cum aquâ ſimul aſcendit ab aere caueas. Fili ſi aerem ſentiret, totum euaneſceret. Poſtea terram & aquam ſimul in bal-

neo

neo per 4. dies vel fimō, poſtea in eodem balneo aquā diſtilla, & pone iterum ſuper terrā. Et pone in fimo per quatuor dies, & iterū in balneo diſtilles, & totū magiſterium reiterabis quatuor vicibus. Tunc ℞. aquam de per ſe, & pone in fimo per duos dies naturales, & iterū in balneo diſtilla, & iterum in fimo putrefacias, & iterum in balneo diſtilla. Et hoc magiſteriū tene vſq; ad quinque vices. Tunc aqua eſt optimè rectificata & limpida.

Completo iſto opere, redde aquā ſuper terram & dimitte in fimo per duos dies, & in balneo poſtea diſtilla, & exicca terram, & depoſito alembico, & poſito alio cooperculo vel ſigillo per 24. horarum ſpaciū, ſublima naturę ſulphur animale. Tūc collige illud, poſtea ſuper terrā in funde de aqua ſua, quantū ſui pōderis, & pone in fimo per duos dies, & in balneo diſtilla & exicca, poſtea ſublima ſicut priūs, & collige ſulphur, & tot vicib⁹ iteres aquam ſupra terram per modum ſupra dictum, imbibendo & putrefaciendo, & in balneo ſiccando, donec totum ſulphur ſublimetur. Fili per hoc elucidatur tibi clauſula eius Theoricæ tibi præallegatæ, quæ dicit: Terra quæ remanet eſt damnata, quæ res facta eſt per nos. Et clauſula in vademecum, quæ dicit, puluis inanis non intrat in noſtro ſecreto. Et in clauſula teſtamenti tuo Illuſt. patri conditi, in cap. quod incipit: partē verò terræ, &c. Fili dixi tibi cum reuelatione omnem modū faciendi vegetabilia ſulphura noſtra & etiā animale ſulphur, cum decoctione totius magiſterij & omnium cap. ad illud pertinentium. Nunc cum auxilio illius qui eſt trinus in perſonis & vnus in eſſentia, dilucidamus tibi, quòd eadē eſt via & modus in animali, ſicut in vegetabili nihil variaro.

De parte Lapidis Mineralis.

Nunc ad Mineralia procedamus: & modus eſt, quòd tu accipias vitrioli, Cinobrij & ſalis nitri ana lib. vnam: & ponas in vaſe vitreo, & facias aquam fortem ſicut moris eſt. Primò incipiendo lento igne, deinde fortificando, quouſq; videas aquam diſtillare à 15. vſque ad 12. puncta. Tunc cùm fuerit diſtillata, da ignem for-

tiorem quando poteris, pro vt moris est in aqua acuta Philosophica, & spiritus rei mineralis intrabunt aquam suam. Fili in hac aqua diximus B. significare vitriolum, C. sal nitrũ, D. Cinobrium. Tunc accipe aquã illam, & cum libra vna, ponas lib. semis cum Cinobrio, quod significamus per D. & ponas in balneo per duos dies. Et postea in cinere distilla, vsq; quo videris cinobrium facere capillos albos, & incipit sublimari. Et iterum pone de alio Cinobrio lib. dimidiam, & digere in balneo vt supra, & in cinere distilla, & facies quinquies, toto regimine seruato. Fili hanc vocamus aquam calcinatiuam, quam inuenies in principio nostri testamenti, in practica magnæ artis. Tunc diuide illam in duas partes, & vnam serua pro calcinatione corporũ perfectorũ. Et aliam partem ℞. & pondera. & si fuerit lib. vna, pone libram aliam (vel dimidia poteris ponere & sufficit) de aquã vitæ summè rectificata & acuta cum sale tartari vel cum sale nitri, quod melius est, & teneas vas in manibus, & nõ ponas in terra, nec aliquo alio loco, donec cessauerit furor, & est mixtio vegetabilis cum minerali, sigilla cum cera, & permitte per diem stare: postea in balneo pone per duos dies, postea in cineres distilla, & habebis aquam bene limpidam, & clarificatam ponderosam, quam clarè inuenies, in Epistola abbreuiationis, & in clausula, quæ dicit: Tunc verò post primam calcinationem & putrefactionem, quæ fit per primam aquam benè limpidam & clarificatam: & in arte Magica in cap. quod incipit: Vegetabilem ignem solutum in aqua calcinatiua. Tunc pone illam in vase circulationis optimè sigillato per 16. dies in balneo conuenienti, donec videas aquam bene vnitam. Et in fundo vasis ad modum Cristallini salis, serua eã. Tunc accipe vnciam vnam bene capillatæ Lunæ & transactæ per forte cineritium, & in laminibus subtilissimis conuersam, & pone in vase vitreo cum collo longo. Et superpone ei vncias tres de aqua calcinata superiùs reseruata, & pone in balneo per tres horas. Tunc in eodem balneo aquam distilla, donec videas quòd lima remaneat in colore viridi, & humida & congelata ad modum ceræ. Tunc ℞. illam & pone in igne ferraturæ,

& distilla

& diſtilla 12. horarum ſpatio humorem, & caue à forti igne, ſed ſit ad modum caloris ſolis. Et ſic habebis lunam optimè calcinatam. Tunc accipe vncias tres aquę calcinatiuæ antedictæ, & aquæ limpidæ clarificatæ & circulatæ ſuperiùs, quam diximus G. vegetabile, & menſtruum fetens, & vnciam j. ſalis vegetabilis, & pone cum dictis vncijs tribus aquæ calcinatiuæ, in vno vaſe vitreo optimè ſigillato, & pone in balneo per duos dies, & in illo tempore inuenies totum vegetabile ſolutum & conuerſum in aquam claram, vt eſt tibi annotatum in arte magica in cap. præallegato, quod incipit: Vegetabilem ignem ſolutum in aqua calcinatiua; Et in cap. quod incipit, ℞. ſal cum aqua. Tunc ℞. vas in quo eſt totum, & ſuperfunde ei ℥. j. illam Lunæ calcinatæ. Et caue ne ponas in aliquo loco, ſed tene in manibus, quouſq; operetur ſua propria virtute. Tunc pone in balneo per duos dies: Et ibi totum ſiue magna pars cõuertetur in liquorem, extrahe illum liquorem, & cautè per declinationem & in alio vaſe pone & ſerua. Tunc vas in quo remanet materia argentea, pone in igne ſerraturæ: Et lentiſ igne humorem diſtilla, & pone cum oleo ſeruato. Tunc ſuper calcem quæ remanet iterum pone de aqua calcinatiua vt ſupra. Et pone in balneo vt ſupra, & diſtilla in eodem balneo cum igne lentiſsimo humorem, vſq; quo terra ſit calcinata vt ſuprà.

Tunc ſuperpone ei tres partes de Sole vegetabili vt ſupra, & non pones in aliquo loco, quouſq; operetur ſua propria virtute. Tunc pone in balneo vt ſupra, & ibi ſoluetur in liquorem, quem pone cum alio per declinationem. Attende cautè, ne feces turbentur, & humorem in igne lentiſsimo diſtilla & cum liquore ſuo, pone, poſtea calcina terrã & diſſolue vt prius. Et tantum reitera toto iſto regimine, quòd Luna ſit conuerſa in liquorem. Tunc ℞. vnc. j. auri puriſsimi, & eam calcina, & diſſolue per eundem modum nihil variando, nec mutando, quouſque ſit conuerſum in liquorem, vt de Luna dictum eſt. Tunc ſi volueris ad lapidem procedere, facias iſto modo. Si ad particularia, ſuo loco annotabimus.

℞. liquores ſcil. Auri & Argenti, & pone ſimul in v-

no vaſe diſtillatorio, & pone ad diſſoluendum in cine-
re, & diſtilletur totum, & ſi quid remanſerit, diſſolue
cum G. vegetabili, quouſque totum per Alembicum
facias pertranſire. Tunc accipe tuam diſtillationem, &
pone cum ea vnciam vnam de G. vegetabili, quod
melius eſt.

Et ſi volueris procedere ad album, pone intus vnciã
vnam Lunæ puriſsimæ, & ſoluetur. pone totum in fimo,
vel balneo putrefactorio per 45. dies. Tunc extrahe &
ſuperpoſito Alembico, diſtilla totum quod poteris. Et
hoc appellamus ſulphur, vt habes annotatum in no-
ſtro Teſtamento in parte practicali vbi dicit: Fili iſtud
ſulphur præparat terram. Tunc iterum pone illud ſu-
pra terram, & digere in balneo, & diſſolue in cinere to-
tum, quod poteris. Tunc per balneum ſepara aquam,
& per cinerem conuenientem ſepara aerem, & ignis
manebit in fundo: & dicuntur Elementa ſulphurea.
Tunc præpara terram cũ aqua ſua propria, vt alias ter-
ras corporum feciſti, quouſq; currat ſupra lamina. Tũc
facies amalgama ex vna parte Argenti puriſsimi, &
media parte ſtagni fini, & quinq; partibus Argenti viui.
Et ℞. de iſto amalgamate vncias 4. & de terrã preparata
vnc. j. & moles in mortario vitreo. ℞. aquã ſuam & di-
uide in 10. partes æquales, & pone vnam partem ſupra
totam materiam, & digere in balneo per j. diem, & per
alium in cinere congela, & continua quouſq; decem
partes ponas. Tunc ℞. aerem, & diuide in quinq; par-
tes, & vnam partem ſuperpone dictæ materiæ. Et dige-
re in balneo per duos dies, & in cinere exicca per vnum
diem, & per alium ſublima. Et illud quod ſublimaue-
rit, redde ſuper feces ſubtiliter terendo, & pone aliam
partem dicti Aeris, & digere & exicca & ſublima, & te-
re, & ſic continua toto iſto regimine ſeruato, quouſq;
totus aer fixetur. Tunc ℞. ignem, & diuide in 5. partes,
& procede ponendo vnam partem, poſt aliam dige-
rendo & ſiccando, quouſque totus ignis fixetur in ma-
teria ſua. Tunc da ſibi ignem in ſtuffa ſicca per 25. dies,
& dealbabitur. Et procede ad ſoluendum & congelan-
dum, & habebis mineralem lapidem breuiſsimo tem-
pore, cum tota varietate creata. Si ad rubeum proce-
dere

cedere volueris, ponas in liquore mixto, quod poſuiſti in putrefactione, cum quo poſuiſti vnc j. dicti G. vegetabili, & vnc. vñam Lunæ: loco illius lunæ ponas vnc. j. Auri, & Amalgama quod feciſti ex argento & ſtanno & Mercurio, facias ex auro & mercurio tantū, in omnibus alijs procedas vt proceſſiſti in cōpoſitione lapidis albi, nihil variando nec mutando.

Ad rubificationem huius lapidis albi.

Potes in alia maneric procedere. Et fili modus eſt, quòd tu accipias tantundem auri, quemadmodum poſuiſti de argēto in lapide & diſſoluiſti, pro lapide cōponendo, & pro amalgamate, & quod ibi poſuiſti, quod fuit vnc. ij. cum dimidia, illum diſſolues duplici modo. Vel ſto modo quod tu accipias aurum, calcinatum, & diſſoluas in menſtruo ſuo minerali, ſecundū doctrinā ſuperiùs tibi traditā, ſcil. calcinando cū aqua calcinatiua, & diſtillando humorē, vt cū menſtruo feciſti, digerendo & diſſoluendo, quouſq; ſit in liquorem reductus. Poſtea putrefacias, & in cinere congeles, & in balneo diſſoluas. Et illum in 12. partes diuidas, & lapidem album cum eo inceres, ponendo partem poſt partem, & digerendo per vnum diem in balneo, & per aliam ſiccando in cinere. Et ſic procedendo, quouſq; omnes 12. partes auri ſoluti cum menſtruo translati per Alembicum, & tranſacti & fixati ſuper lapidem ponas vt fixes. Et erit lapis rubeus tingens firmā tinctura, conuertens in aurum, vt priùs conuertebat in Argentum. Vel hunc breuiorem modum compone:

Accipe de menſtruo fetenti, ſiue de G. vegetabili libras 4. & pone intus libram j. Mercurij vulgi. Et pone in balneo vel fimo per 6 dies, & totum conuertetur in aquam. Totum hoc diſtilla per Alembicum. Et habebis aquam Mercurialem, merè mineralem: pone in ea vncias 3. cum dimidia de auro calcinato cum G. vegetabili, vel cum Argento viuo, vt habes in doctrina quarti Canonis lib primi quintæ eſſentiæ.

Tunc totum ponas in balneo per tres dies, & ſoluetur in oleum rubeum, ſubnigrum, prȩcioſum & permanens: pone totum in cinere ad fixandum per 22. dies,

& fixabitur ad modum lapidis, & ſi cum aqua remanſerit, euacua per declinationem. Et ſi non eſt, euacuandum non eſt. Diſſolue in balneo vſque maneat in oleum, & cum iſto oleo incera lapidem, diuidendo, incerando, digerendo, & deſiccando, vt cum alio feciſti. Et habes totum mineralem lapidem integrum & perfectum. Reſtat modo tibi ponere ſuas multiplicationes: poſtea tradere tibi notitiam de omnibus ſuis accurtationibus & multiplicationibus & ſine illa, &c.

Et modus multiplicationis eſt, quòd tu accipias vnciam j. dicti lapidis ſiue albi ſiue rubei, & ponas in vaſe vitreo cum collo longo, & ponas deſuper vncias 5. de Amalgamate ſecundum conditionem medicinarum, ſiue rubeæ ſiue albæ. Et vaſe optimè ſigillato pone in igne ferraturæ, vel de carbonibus paruis, per ſex horas. & reſpicias quando videris materiã in forma metallica, ceſſa ab igne: Quia debes eſſe intentionis, vt facias vnum fruſtum metalli. Et ſi nõ fuerit, in forma metalli, ſequere ignem, quouſq; habeas tale ſignũ, vel quod ſit in forma pulueris albiſsimi vel rubicundiſſimi ſecundum conditionem lapidis, quem ibi poſuiſti.

Tunc ſignum eſt, quòd vapores ſulphuris penetrauerunt amalgama. Fili hoc habes annotatum in cap. noſtri lib. quarti practicalis, quod incipit: Incipiemus cum lapide facere cineres. Et in cap. lib. Lumen Solis, quod incipit: vapores noſtri ſulphuris penetrant amalgama. & in lib. de proprietat. in cap. quod incipit: proprietas noſtri lapidis præcipuè mineralis eſt pulueriſando, ſuam virtutem multiplicare. Tunc fili mineras, quæ ad minerale magiſterium pertinent, compones ſuam virtutem multiplicando. Accipe dicti pulueris vnam partem, vt puta vnciam vel libram, & illam proijcias ſupra 10. partes amalgamæ factæ ex vna parte Lunæ vel Solis, & quinque mercurij, ſecundum conditionem pulueris, & totum conuerteturin pulueremm. Tunc de illis 10. vnam ſupra alias 10. dictæ amalgamæ vel ſimplicis Mercurij proijcias. Et ſic procedes computando & proijciendo quouſque videas materiam non in pulueremm, nec in metallum conuerſam, ſed congelatam in maſſam duram & frangibilem.

gibilem. Et de illa facias experientiam ſcil. quot partes, vna pars illius poteſt conuertere in metallum. Quia neceſſariò inuenies finem proiectionis iſto modo: Aliter nunquam inuenires, niſi conuerteretur tibi in maſſam frangibilem, vt tibi diximus.

Et habeas menti, ſupra quot pondera ſe extendit ille puluis, lapideus ſulphureus. Tunc accipe illam maſſam frangibilem vltimò congelatam, quam diximus ſulphur cõgelatũ, & ab illo diuidas vnciam j. ſiue lib. j. & ſerua totum reſiduum: vel pone totum in opere, ſi totum placuerit. Et pone in vaſe vitreo cum collo longo optimè ſigillato, & teneas ſemper in igne temperato, quem diximus ignem nutritionis, vt inuenies annotatum in lib. de proprietatibus minerarum, quod incipit: Nutritur in igne, tanquam ſalamandra. Et de 30. dieb. in 30. dies dabit ſibi quinquageſimam partẽ Mercurij vulgi, & cõuertetur in maſſam, cum illa quam potes abſtrahere pro proiectione in tuis neceſſitatibus. Et aliam quinquageſimã partem ponere, & ſic in infinitũ facere. Et ſili habes lapidem mineralem, cum tota ſua minerabili multiplicatione. Quæ nunquam deficiet in infinitum pro ſeruiendo Deo.

Accurtationes.

Modo ad accurtationes redeamus. Et modus accurtationis ſili eſt, quòd tu accipias corpora ſoluta, & in liquorem conuerſa per doctrinam tibi datam: Et quando fuerint vnita & putrefacta ſine eo, & magis diſtilles, nec aliquod elementum ab eis diuidas. Sed totum ſimul in vaſe vitreo, optimè ſigillato in cineribus calidis pones ad ignem conuenientem, vſque ad 22. dies continuos, & ibi rotando totum fixabitur in fundo vaſis. Tunc accipe vas cum tota materia, & pone in balneo per 9. dies, & totum ſoluetur in oleum. Cõgela in cineribus, & iterum vna nocte & die ſoluetur. Et ſic fac etiam ſoluendo & congelando, quouſq; amplius congelari non poſſit. Tunc habes oleum præcioſum, cum quo, ſi inceraueris ſulphur Iouis vel Saturni, factum per doctrinam tibi datam, fixabitur in medicinam penetrantem & tingentem ſecundum ma-

teriam olei albi vel rubei. Poteris etiam aliter multiplicare. Et modus eſt, quòd tu ſcias pondus dicti olei, & pro qualibet ʒ. ponas ʒ. 7. argenti viui vulgi, ſepties ſublimati cum vitriolo, & cum dicto oleo quod ſepties ſublima, ſemper quod ſublimaueris ſuper feces reddendo, fixabitur Mercurius in medicinã penetrantem & tingentem, cuius vna pars 100. Mercurij retinebit, & tinctura firma tinget ſecundam conditionem olei ſic ſoluti, & ponere in vaſe vitreo cum vncijs 100. argenti viui vulgi. Et vaſe ſigillato in cineribus calidis per 8. dies tenere, & totum conuertetur in Aurum & Argentum, ſecundùm materiam olei.

Potes etiam in alio modo hanc medicinã componere: Et modus eſt quòd tu accipias Cinabrium, vitriolum, & ſal nitrum ana, & ponas in vaſe cum collo longo, dando ſibi ignem cineris, quouſque tota humiditas exeat. Tunc claude vas cum bombace & per 24. horas ignem continua, & ſublimabit tibi ſuper fecibus maſſa alba ad modum panis, ſed in forma capillorum. Collige cautè, & imbibe cum oleo tartari, & mole, & pone ſub fimo per 6. dies, & totum conuertetur in argentum viuum currens, quod tranſeat per corium, poſt ſuper eum ponas tantum de alio argento viuo, ſine aliqua præparatione: pone totum in fimo per 6. dies: poſtea diſtilla in cinere, & diſtillabit tibi argentum viuum, quod poſuiſti in forma aquæ flegmatis. ſerua eam. Tunc ℞. quod remanet in fundo ad modum ſalis albi, & Criſtallini, & diſſolue totũ cum menſtruo fœtenti in balneo per ſex dies. Tunc in eodem balneo extrahe menſtruum, & remanebit tibi in fundo oleum argenti viui vulgi permanens & clarum. Ecce habes duas aquas argenti viui, factas per varium modum. Accipe de qua volueris, ſed melior eſt vltima, libram j. & ponas Mercurij vncias tres vel ad minus duas, Solis vel Lunæ, ſecundum quod operari volueris, & pone in balneo per ſex dies, & totum ſoluetur in oleum. Tunc accipe corpora in liquorem reducta, & mixta, antequam ponas in aliqua putrefactione. Et ſi volueris operari ad rubeum, pone cum eis vnciam vnam, de G. vegetabili. vel de ſale vegetabili

quod

quod eſt ſal vini: Et vnciam j. auri calcinati, vt ſupra in ſulphure feciſti, & pone in balneo per tres dies, & totum ſoluetur. Tunc pone totum hoc ſolutum cum aqua Mercurij, in quo eſt aurum ſolutum, & ſi volueris putrefacere per menſem Philoſoph. ſcil. 45 dies melius eſſet. Sin autem pone vas optimè ſigillatum in Athanor 22. dies, & totum congelabitur.

Tunc auge ignem per j. punctum, per vnum diem, poſtea per alium diem, da ignem ſublimationis, & cõuerteturin oleum, & non amplius congelabitur de cętero. Cuius vna pars 100. Merc. vel cuiuſcunque corporis conuertit in verum ſolem vel lunam, ſi cum luna operatus fueris. Et ſi cum putrefactione proceſſeris, tene viam, & eſt nobilior medicina. Hanc medicinam poteris multiplicare, ſicut feciſti ſuperiores medicinas accurtatas ſimul incerando ſulphur Iouis vel Saturni, vel argentum viuum ſublimatum cum vitriolo vt ſupra de alijs feciſti.

Aliud Accurtatorium.

Poteris breuiori modo hanc medicinam componere, ſcilicet quando habueris lunam in liquorem conuerſam. Accipe totum liquorem & pone in duobus vaſibus circulationis, ita quod roſtrum minus intret roſtrum alterius, & ponas cum eo liquore vncias ſex de G. vegetabili, vel de aqua vitæ, ſimplici & acuta cum ſale tartari vel vini, & pone in igne cineris per 22. dies, ſi fuerit ad rubedinem. Si fuerit ad album, per 10. dies, & ibi rotando fixabitur in fundo, diſſolue & congela vſque amplius noluerit congelari, vt ſupra dictum eſt. Cum iſto oleo potes centum partes Mercurij retinere per octo dies in igne lento, vt ſupra dictum eſt. vel potes incerare ſulphur Iouis vel Saturni, vel fixare argentum viuum ſublimatum cum vitriolo, vt ſupra dictum eſt.

Eſt alius modus breuior.

Scilicet quòd tu accipias aquam factam ex vitriolo, ſale, nitro & cinabrio, vel ex duabus partibus vitrioli & vna ſalis nitri tantum. Et poſtea eam acues quinquies

cum Cinabrio, vt de alio G. vegetabili dictum eſt. Tunc accipe de iſto G. vegetabili, ſiue menſtruo fœtenti vnc. 4. & de aqua vitæ certificata & acuta cum ſale tartari vnc. 4. & pone ſimul in vno vaſe, & diſtilla bis in balneo per nouem vices, & in iſto tempore conuertetur totũ in vna vnione ad modum gelu ſiue glacici: pone intus vnc. j. Auri calcinati, & pone in balneo per tres dies, & totum erit conuerſum in aquam claram. Pone in cinere ſicco per 20. dies & erit conuerſum & fixum in medicinam, quam ſi diſſolueris & cõgelaueris, &c. Vna pars cadet ſuper 30. Lunæ in verum ſolem.

Et ſi volueris hanc medicinam per aliam viam facere: Accipe tantum de mẽnſtruo fœtenti minerali puro, hoc eſt, de aqua forti ſuperius dicta acuta decies in Cinabrio, & ponas intus aurum, & ponas per 20 dies in putrefactione, & ſoluetur totum. Tunc aquam extrahas per balneum quouſq; remaneat in quantitate Auri ibi poſiti. Congela in cineribus vaſe ſigillato, poſtea aperi ibi vas, & pone aquam ibi eiuſdem conditionis cũ prima in quantitate puluerum, ſiue rei congelatæ, & diſſolue in balneo & in cinere diſtilla. Et ſic procede toto iſto regimine obſeruato, vſque ad 10. vices. Et ſic habes medicinam merè mineralem, quam poteris breui tempore complere, vt habes annotatum in Epiſtola abbreuiatorii, in clauſula quæ dicit: Tum verò poſt primam calcinationem & putrefactionem, quæ fit per primam aquam, bene limpidam ac clarificatam 20. diebus, minori autem tempore fieri non poteſt. Et in fine huius clauſulæ, vbi dicit hanc medicinam, in 80. diebus ad maximum complere poteris.

Multiplica eam vel incera cum ea ſulphur Iouis vel Saturni, vel ponas ſupra Mercurium vt de alijs dictum eſt. Ecce habes totum lapidem mineralem cum ſuis particularibus accurtationibus.

Sed nota:

R. Iſtum lapidem, poſſumus etiam aliter componere, ſcilicet maiorem. Et eſt modus, quando habes corpora ſoluta, vnumquodque de per ſe conuerſum in liquo-

liquorem, pone vnc.j. de G. vegetabili, & vnc.j Lunæ finæ, & partes 12. de aqua vegetabili, & putrefacias de per ſe, & ſepares Elementa de vtroque de per ſe. Poſtea vnies terram & præpares ſimul, priùs cum aqua lunæ ſeparando eam per balneum ab aëre & igne, quouſque terra ſit puluis albiſſimus. Poſtea præpares cum aqua rubea, ſcilicet cum aqua ſolis, quouſque ſit diſpoſita ad ſublimandum, quod cognoſces quando ſupra lamina ignita euolat in fumum. Poſtea ſublimabis, & ſublimabitur ſulphur, & rubeum manebit in fundo. Tunc proportionabis terram, ſiue ſulphur album cum amalgamate facto ex Luna & Mercurio & Ioue, vt ſupra feciſti in alio modo compoſitionis huius lapidis. Et ſupra hoc fixabis Elementa ſua alba diuidendo & digerendo & deſiccando; vt in ſuperiori tibi traditum eſt doctrina. Et tunc ſulphur rubeum, quod remanet in fundo coniunges cum amalgamate facto ex auro & argento viuo, & proportionabis vt ſupra in albo feciſti, & elementa rubea ſua fixabis ſupra opus. Et cum ſua oleagine cerabis, vt diffuſam habes doctrinam in ſuperiori.

Et habes lapidem mineralem album & rubeum per alium modum compoſitum, quem poteris multiplicare per modum minerarum, vt ſupra te docuimus: Et modum tibi clarum dedimus. Et habes totam noſtram doctrinam Alchimicam, tàm vegetabilem, quàm animalem, quàm etiam mineralem, cum omnibus ſuis circumſtantijs diffuſam ac claram.

Finis huius prætioſiſſimi tractatus ad laudem Dei omnipotentis.

RAYMVNDI LVLLII POTESTAS diuitiarum: in quo libro optima expoſitio teſtamenti Hermetis continetur. Quid ſit ſpiritus S. S.?

Cap. I.

IN nomine Domini Amē. Dixit Philoſoph⁹, accipe lapidem noſtrum, benedictum, qui non eſt lapis, nec habet naturam lapidis, & ab eo ſepara elementa. Et nota quòd Philoſophus vocat lapidem omne illud in quo poſſunt ita ſeparari per artificium, quoniam per eorum coniunctionem in opere alchimico ſuſcitatur quædam ſubſtantia ad modum lapidis. Dicitur benedictū, quia extra quatuor elementa ſupereſt quædam S. S. quæ ſpiritus lapidis vocatur, & quia ſpiritus nobis non appareret, nec tangitur, niſi aſſumpto corpore in aliquo elemento. Iſte nanque ſpiritus propter ſuam naturæ nobilitatem accipit corpus in nobiliori & ſuperiori ſphæra elementorum, vt puta in ſphæra ignea, ipſo igne remanente in ſubſtantia & natura ſua ſpirituali: & ideo non eſt ignis, nec habet naturam igneam, quantum eſt de ſe. Et iterum iſtud corpus ſphæricum igneū propter ſui nobilitatem, ſubtilitatem & puritatem, adhuc à nobis non poteſt videri inſtrumentis igni idoneis, niſi mediante operis induſtria, eius ſubtilem ſubſtantiam condenſando, & in ſpeciem aqueam conuertitur, & manet.

Separa igitur vel ſphæra dictum ſpiritum, & coniunge cum alijs elementis, & habebis intentum tuum. Opinio ergo in coniunctione lapidis duplex eſt: Prima vt fiat elixir ad argentum viuum congelandum: ſecunda, vt fiat elixir ad vitam hominis conſeruandam in ſanitate S. ad omnem ſuperfluitatem malorum humorum abijciendam, & omnem corruptionem corporis euitandam.

DE OPINIONE ELIXIR AD Alchimiam, & de ſeparatione aquæ cum ſpiritu. CAP. II.

SI vis igitur facere inde lapidem philoſophicum ad argentum viuũ congelandum, pro alchimica opinione, hoc modo facias. Separa ſpiritum cautè quantò citiùs & puriùs poteris, quia nunquam ita cautè ipſum ſeparabis, quin aliquam in ſe partem contineat primioris ſubſtantiæ phlegmaticæ, id eſt aqueitatis. Iſte ſpiritus ſemel ſeparatus, vocatur mercurius, id eſt aqua ardens, cuius ſignum eſt, quòd ſi intinxeris in eo pannum lineum, inflammabitur, & non comburetur: ſi verò pluries ſeparaueris, vocatur lunaria rectificata, id eſt, aqua ardens rectificata, cuius ſignum eſt quòd pannus lineus tinctus in ea totaliter comburetur. Itaque habes vnum elementum factum ſpirituale cum ſpiritu S.S. Et ita oportet quòd omnia elementa tua fiant ſpiritualia: & cùm dico ſpiritualia, dico retinentia tantùm ſuam virtutem corporalem.

DE SEPARATIONE AERIS cum ſpiritu S. S. CAP. III.

HOc modo aërem ſeparabis: primò ſepara totum phlegma ſuperfluum à dicto lapide, donec videas oleum exaltari, & nihil penitus remaneat phlegmatis, & remanebit inferiùs quoddam quòd erit pix mollis Tunc lunariam, id eſt, aquam ardentem rectificatam commiſce cum illa ſubſtantia facta, ſicut pix mollis plenè mouendo, donec incorporetur, & pone ad diſtillandum, & quod egredietur, vocatur ſanguis humanus rectificatus, quem quærunt Alchimiſtæ: Item vocatur iſte ſanguis aër vel ventus, & de hac re loquutus eſt Philoſophus, cùm dixit: Portauit illud ventus in ventre ſuo, id eſt, aqua. Et ſic habes duo elementa exaltata in virtute S.S. id eſt, phlegma & aërem.

DE SEPARATIONE ignis cum ſpiritu S. S. CAP. IV.

POST accipe totam præfatam ſubſtantiam, quæ remanſit ſicut pix, & ſepara oleum ſuperfluum per alembicum vitreum, donec nihil remaneat, quod oleum ad partem ſepara, quouſq; tibi dixero, & tunc erit quædam ſubſtantia nigra & ſicca.

Coniunctio terræ cum ſanguine ſiue aëre.

Quam ſubſtantiam nigram pulueriza ſubtiliter, & cum ſanguine humano rectificato, miſce per minima, & dimitte ſtare ſimul per ſpacium trium horarum: & poſtea diſtilla, & tunc hæc aqua vocatur aqua ignea rectificata. Et ſic habes tua elementa exaltata in virtute S.S. id eſt, aquam, aërem, & ignem.

DE EXALTATIONE VIRTVTIS terræ cum ſpiritu præcioſo S. S. CAP. V.

POST accipe prædictam ſubſtantiam nigram, & eam calcina in furno reuerberationis, donec efficiatur ſicut calx, & calcem hanc miſce cum aqua ignea rectificata, & diſtilla ſeptem vicibus calcinando, & diſtillando, & tunc aqua vitæ vocatur rectificata.

Nota, ne decipiaris quòd terra non calcinatur igne forti S. vt dicitur in cap. 6. Sed aqua ſua. Nota quòd terra poſt calcinationem philoſophicam, tunc dicitur calcinari igne forti; & ſublimatur albiſſima, & poſt dealbationem prędictam aqua prima, id eſt, argentũ viuum ſuum debet a cui ſuper terram ſeptem vicibus diſtillando, quæ alias dicitur calcinando philoſophicè, & tunc vocatur Luna ſumma vt in lapidario in fine capituli, quod incipit: Opus lapidis philoſophicalis. Et tunc erit aqua vitæ rectificata, quam ſerua, quouſq; tibi dixero: & ſic habebis quatuor elementa exaltata in vir-

in virtute cum S.S. facta ſpiritualia, cùm & hæc eſt aqua vitæ quam quærunt Alchimiſtæ.

DE VIRTVTE ISTIVS AQVÆ vitæ, & quomodo ex prædictis fit elixir per eorum coniunctionem. CAP. VI.

AQVA iſta fixat omnes ſpiritus & facit ingredi. Iſta autem aqua habet vim ſuam ſuperiorem ſpiritualem, & vim ſuam inferiorem corporalem, id eſt, non fixam. Et hoc eſt, quod dicit Philoſophus, quod eſt inferius, eſt ſicut id quod eſt ſuperius, & quod eſt ſuperius, eſt ſicut id quod eſt inferius ad perpetranda miracula rei vnius, id eſt, oportet quòd iſta S.S. id eſt, ſpiritus retineat vim ſuam, id eſt ſpiritualem, & habeat omnem vim quatuor elementorum, id eſt, corporalem, ſi miracula debeant inde perpetrari, quia ſi talem vim habent multa miracula ſuper opiniones Alchimiæ perpetrantur.

Item dicit Philoſophus, aſcendit à terra in cælum, id eſt, quatuor iſta elementa ſunt aſcenſa S. per ſublimationem à terra in cælum: hoc cum ſpiritu lapidis. Poſtea dicit Philoſophus, priuſquam deſcendit in terrã, hoc eſt, ſi iſta quatuor elementa aſcenſa, id eſt, elementa aſcenderunt in cælum, iterum deſcenderunt in terram, ita quid fixentur in virtute ſpiritus S.S. & remaneat vnus lapis chriſtallinus, & erit elixir retinens perfectè Mercurium.

SECVNDA PARS PRINCIPALIS iſtius primæ de opinione elixiris, ad vitam hominis conſeruandam, & dicitur Aqua vitæ. CAP. VII.

SI verò volueris facere aquam vitæ ad vitam hominis tuendam, & conſeruandam incolumem, & omnes ægritudines curandas, ſic procedas: fac Mercurium, deinde lunariam optimè rectificatam, & ex ea non facias ſanguinem humanum, quia ſi eſſet ſanguis humanus, vt dictum eſt, amittet vim ſuam attractiuã virtutum, herbarũ, propter nimiam oleaginem humiditatem, & totum deſœdaret ſaporem, & ſic incongrua eſſet ad recipiendum. Item non facias ex ea aquam ignitam, quia tantæ acuitatis & fortitudinis eſſet, quòd omnia conſumeret comburendo, & periculoſa eſſet ad recipiendum. Sed quia omnis perfectio cuiuſcunque lapidis eſt in virtute ſua terræ, quia nutrix vel fermentum appellatur, philoſopho atteſtante, qui dicit: Nutrix eius eſt terra, ſine quo fermento ſpiritus lapidis nullo modo detineri poteſt perfectè, nec complementum ſuæ virtutis poſſidet. Ideo huic aquæ ſpiritui demus virtutem terræ ſuæ, & tunc vim ſuam completè integraliterque obtinebit: & hoc eſt quod vult Philoſophus, vis eius integra eſt, ſi verſa fuerit in terram, & tunc vocatur aqua vitæ. Et ſi pluries ab eadem terra diſtillaueris, erit aqua perfecta, & rectificata.

QVOD

QVOD IN HOC LAPIDE est modica terra, & magnæ virtutis. CAP. VIII.

SCIAS ergo quòd in hoc lapide terra est modica & magnæ virtutis, ne mireris, vel cures si parum sit de terra, quia sicut parum fermenti leuat & fermentat maximam copiam pastæ: ita istud modicum terræ quod desinet iste lapis, sufficit ad nutriendum totius lapidis complementum.

QVOD LAPIS PHILOSOPHICVS non fit de aliena terra quàm de sua propria. CAP. IX.

CAVEAS ergo ne quæras aliam terram sicut aliqui, qui accipiunt tartarum vini, & dicunt quòd terra lapidis est. Alij verò fæces vini calcinatas: Alij cineres vitis, & ij errant, sicut cæcus qui cæcum ducit, & arabo in foueam cadunt, & credunt facere aquam vitæ, & faciunt aquam mortis, quia non debet esse terra extranea, sed quemadmodum dicit Geber libro primo capite 2. Lapis vnus, id est, argentum viuum, medicina vna cui nihil extraneum additur, nisi quòd in præparatione superflua remouentur: ita & in hac aqua vitæ. Ergo aqua prædicta si fuerit promptè sublimata tribus vicibus, ita quòd quando gutta eius ponitur in cocleari, & tunc incenditur vt candela, & tota cõburitur: & si nihil humiditatis remaneat in cocleari, & tunc est verè rectificata ad hoc vt possit procedi in opinionem eius, & fit vtilis ad ægritudines curandas, & vitam hominis conseruandam Et quia terra est necessaria, & antequàm debeat distillari aqua rectificata ab ipsa, oportet quòd sit ante de phlegmate & purgata, & faciat in signum prædictum in cochleari, & rectificat cum terra. Et necessarium est quòd oleum extrahat, & separetur à terra.

Scias quòd terra prædicta tota adusta est, & fæces sicut aliæ res adustæ, nisi lauaretur terra prædicta cum aqua phlegmatis, ita quòd omnem illum fœtorẽ per-

dat,& non retineat aliquid de fœtore, aqua inde rectificata debet per terram tranſire, & ab ipſa diſtillari. Et ideò antequam facias tranſire per terram lunariam rectificatam, laua bene terram cum aqua phlegmatis, ita quòd benè perdat fœtorem aduſtionis. Quo facto facias ex dicta terra, id eſt, per dictam terram tranſire aquam rectificatam, id eſt, diſtillatam & purgatam. Hoc facias ad minus ſeptem vicibus: & tũc habebis aquam vitæ medicinalem vt diximus. Et nota, quòd vix poteris habere ex triginta menſuris lunariæ ſimplicis, vnam de prædicta lunaria rectificata, & toties diſtillata per terram ſuam.

Item nota quòd ſi dicta aqua tranſeat per terram pluribus vicibus, erit efficatior, ideò quantò pluries, tantò vtilius & multiplicatur, & augetur eius virtus. Quia quàm pluries per terram vnam diſtillatur, tantò eſt magis efficax & virtuoſa dicta aqua. Et nota quòd in dicta aqua ſoluuntur folia auri tenuiſſima, ſeu eius calx bene ſubtiliata: ſed quod melius eſt eius ſal. Et ſic ex auro fit aqua potabilis, habens infinitas virtutes, immò quod in corpore humano mirabilia operatur, quæ eſt mirabilis ad vitam hominis conſeruandam, & ad eius ægritudines curandas & tollendas, vt in libro conſeruationis humanæ vitæ latiùs continetur. Et quod ampliùs eſt, facit hominem reuiuiſcere. Igitur ſupra totam aquam dictam habeas.

DE QVO EST, VEL QVALITER vocatur lapis iſte philoſophicus. CAP. X.

EST autem lapis iſte benedictus, argentum viuum quod eligere melius & fortius debes & clarius ſine fœcibus, quàm poteris inuenire, & habeas cucurbitam æneam vel plumbeam, quia in prima ſeparatione non vis eſt cuius metalli ſit, ſed Alembicus ſit vitreus vel argenteus: quia in alembico confortantur & vniuntur ſpiritus viui.

QVOD

QVOD POST HÆC DVO VASA aliqua ſunt neceſſaria in hac arte. CAP. XI.

POSTEA debes habere quoddam vas reuolutorium, vt ſcis: quia in iſto vaſe ingroſſantur ſpiritus reuoluendo, & condenſando in ſpeciem aquæ. Item ſequitur quoddam vas repercuſſorium, & in iſto dulcificantur ſpiritus viui, niſi hoc vas eſſet, euolaret quædam ſpiritualitas, nec perpenderetur, & iſta duo vaſa ſunt neceſſaria in hac arte. Item ſunt & alia quædam, quæ ad præſens ſub ſilentio prætermitto. Et debes præſumere, quòd Aqua communis non calefacis in vaſe reuolutorio. Item ſub alembico fiat ignis lentus donec vitrum calefiat: quia ſi violenter ignem faceres, deſtrueretur vas, & ſpiritus exiret. Item aquam communem calefactam extractam à vaſe reuolutorio, nullo modo alia vice reponas, quia eſt corrupta in euaporatione cuiuſdam fumi corrupti. Item aqua perfecto modo facta, reſeruetur in vaſe vitreo ſpiſſo, cuius corpus ſit groſſum & latum, & os ſit gracile in hac forma obturatum cum panno lineo, ſuperius cum maſtice: & ſic quandiu volueris ſeruabis aquam abſque damno & periculo.

ORATIO AVTORIS pro errantibus in hac arte. CAP. XII.

LAVS, honor, virtus, & gloria ſit tibi Domine Deus, cum dilecto filio tuo Domino noſtro Ieſu Chriſto, & Spiritui Sancto paraclyto in Trinitatem ſanctam, qui eſt ſolus Deus, & verus homo perfectus, tibi gratias ago quia cùm aduerſarij huius mundi tranſitorij permouiſſet, ne ſuis delectationibus ſuffocaret me ab eadem tua ſumma miſericordia ſubtuliſti: Sed quia video infinitos in hac arte deceptos, qui per directam non ingrediuntur ſemitam, placeat tibi Domine Deus, vt de ſcientia quam

mihi tradidiſti, charos meos ab hoc errore diuertam, & cùm perceperint veritatem, intelligant, & laudent nomen tuum ſanctum, & gloriofum, quod eſt benedictum in æternum, Amen.

Finit prima pars huius primi libri.

INCIPIT SECVNDA PARS PRINCIPALIS, QVAE eſt de operatione magni lapidis Philoſophici.

QVOMODO SPIRITVS Lapidis debet præparari. CAP. 1.

RECIPE de ſucco lunariæ lib. 1. 2. vel 3. quantum vis de meliori, & fortiori quod haberi poteſt, & pone ad diſtillandum, vt ſcis iuncturis bene clauſis, & diſtilla totum argentum viuum in ſpeciem ignis, donec non faciant venas iſtæ venæ per animam aëream oleaginoſam. Ideo quando phlegma frigidũ incipit venire, citò diſſoluuntur dictæ venæ: tunc eſt ſignum quòd principalis ſpiritus eſt diſtillatus, qui continet omnem perfectionem vitæ in eo. Cuſtodias ergo hunc ſpiritum intus phialam bene obturatam. Pone conſequẽter aliam phialam intus alembicum, & capias aquam ſecundam, quoniam adhuc detur de ſpiritu ſupradicto, ſed non tantum ſicut prima. De iſta ſecunda aqua diſtillabis tantùm, quouſque veniat phlegma, quod nihil aliud eſt quàm aqua corrupta, quàm priùs debes guſtare, etſi non habet virtutem in ſe niſi aquæ, capias quod diſtillatum eſt de ſecunda aqua, & ponas ad partem, ſicut feciſti de prima.

DE ELECTIONE AQVÆ perfectæ ab iſto phlegmate. CAP. II.

ITEM ponas aliam phialam ſub alembico ad recipiendum phlegma, quouſque plus non diſtillet: totum illud phlegma abijcias, quoniã eſt cauſa mortis noſtri lapidis præcioſi cælati ignorantibus, nobis autem noti. Poſt hæc debes ipſum ſpiritum præparare & rectificare, quouſque habeas ſigna prædicta ſuæ perfectionis ſicut alijs locis ſcripſimus.

DE CALCINATIO ne terræ philoſophicæ. CAP. III.

NVNC debes calcinare terram quæ remanſit in fundo vaſis nigra ad modum picis fuſæ: Hæc calcinatio nõ fit per violentiam ignis, ſicut ſophiſtici faciunt, ſed tantum fit cum ſuo proprio ſpiritu, qui cuſtodit eam à combuſtione, quoniam ſpiritus extrahit animam à corpore, & expellit phlegma, & interficit, & viuificat eam perpetuò. Ergo hoc modo calcina.

DE REDVCTIONE AQVÆ ſuper terram, vt eam calcinet. CAP. IV.

CAPIAS aquam ſecundam, quam diſtillaſti & rectificaſti, & illam proijcias intus vas ſuper terram nigrã, & moue vt diſſoluatur, & cuſtodias te ab acubus, quas recipies in materia, quòd tibi non noceant. Scito quòd iſte caſus ſulphur habens, poteſtatem congelandi aquam noſtram in lympidum chryſtallum, vel in puluerem album, ſicut nix.

Moueas igitur illas acus bene, quouſque diſſoluantur cum ſuo ſpiritu. Poſtea pone vas bene obturatum in putrefactione, ſicut ſcis per diem naturalem.

Poſtea extrahas & pone alembicum lutatis bene iuncturis vt vis, & diſtilla ſpiritum tuũ cum igne luminis, ſicut prædicet, quouſque videas venas quæ ſunt in capite alembici eſſe diſſolutas: tũc ſepara illum ſpiritum & ponas ad partem, poſtea conuerte illud phlegma, & inuenies in ſapore aquæ communis, diſtilla quantum poteris cum dicto igne, & proijcias, quoniam iſtud interficit noſtrum lapidem: & quando ceſſauerit diſtillare remoue ignem, & aperies vas, & inuenies materiam duriorem quàm priùs, ex quo ſpiritus traxit animam à corpore, & vniuit ſibi ipſi, quẽadmodum ſpiritus eſt locus proprius vbi anima requieſcit phlegma expellendo lapidem mortuum.

Iſtas operationes reiterabis, quouſq; videas materiã tuam corruptam in ſeparatione elementorum per gradus ignis, ſicut in alijs ſuperioribus locis diffuſiùs diximus, in tantum quòd materia tua in fundo vaſis remaneat calcinata in puluerem nigrum: & videas quòd ſpiritus tuus ſit vltimus ſicut primus, & tanti vigoris & ſaporis; & ſic rectificati, quouſq; terra tua & ſpiritus habebunt ſignum perfectionis, vt ſupradictum eſt.

DE VIVIFICATIONE *terræ cum ſpiritu ſuo.*

CAP. V.

SCIAS fili veraciter, in hoc capitulo iacet tota ſubtilitas, hoc eſt, extrahere animã à corpore per quam ſpiritus viuificatur, ſicut corpus mortificatur ad extrahendum humorẽ, qui calorem mortificabat naturalem, quæ cauſa eſt generationis noſtri ſulphuris, ſicut Philoſophi dixerunt, quòd ſulphur non generatur niſi per calorem, ita quòd habens calorem, extraximus nos de morte ad vitam, quoniam ſuperiùs erat mortuus & ſuffocatus, & nunc erit viuus & exaltatus ad magnas potentias & vtilitates.

Scias

Scias quòd iſte calor habet poteſtatem penetrandi omnes partes ſani ſpiritus propter ſui acuitatem, & cōgelandi propter cauſas ſuæ ſiccitatis, quoniam omnis res ſicca libenter bibit ſuum humidum, & conuertit eum in ſulphur, qui poſtea habet vim congelandi omne argentum viuum in verum ſolem, & veram lunam. Vnde aduerte quòd putrefactio huius rei eſt cauſa generationis, & exaltationis eius, ita quòd materiã illius corrumpas in materiam vnam, & elementa ſepara, quibus ſeparatis creatur noſtrum ſulphur, ex quo ſulphure facias medicinam tuam.

Iſte ergo eſt lapis ſecretus, id eſt, anima & ſulphur à lapide extracta, in qua eſt infuſa illa virtus, quæ habet vnire & ligare duo contraria, videlicet corpus perpetua fixione. Hoc dixit Philoſophus, quòd non poteſt fieri tranſitus melior argenti viui ad illam duritiem metalli, niſi fuerit medietas, diſpoſitio, id eſt, anima, quæ participat cum terra vtriuſque, propter quam participationem poteſtatem habet ligandi omnes ſimul, & vniendi, vnde ſequitur ex tribus factum vnum eſt: & hoc eſt quod dicitur à Philoſophis. Lapis noſter factus eſt ex tribus naturis ſcil. corpore, anima, & ſpiritu. Spiritus autem eſt medium inter animam & corpus, quoniam ipſe extrahit animam à corpore, & interficit corpus, & poſtea reducit eam in corpore, & refrigere illud facit. De qua reductione loquitur Hermes, dicens. Recipe animam lapidis, & ſemina illam in terram noſtrã foliatam albam, quæ eſt volatilis, ſi vis quòd perdat magis alas ſuas. Quoniam iſta anima retinebit illam terram, ne fugiat, quandoquidem in cælum aſcendit, & poſt de cœlo in terram deſcendit: recipit enim omnes vires corporis & ſpiritus, taliter quòd nihil erit quod ſibi reſiſtere poterit: neq; interficietur, quoniam erit immortale. Scriptum eſt enim, qui ſemel reſurrexerit, mori amplius non poterit, quoniam mors cùm eſt glorificatum corpus in vita perpetua, in illud amplius non intrabit, ſicut corruptio eſt cauſa nouæ generationis in vnam ſubſtantiam.

Interfice ergo corpus per corruptionem ante omnia, & conſequenter paulatim extrahe ab illa morte in qua

cum poſuiſti, & reſtitue eum in vita quouſque veneris in mediam illam corporeitatem, quæ participat extrema duo, videlicet animam & corpus, vnde hac ratione nos appellamus illud argentum viuum & ſpiritum animatum; quoniam in ſe cõtinet animam, & illud appellamus corpus, ex quo habet corporeitatem palpabilem atque viſibilem, in qua te reduxit, & eſt quia in ſe retinet de natura corporis propter iſta duo contraria vel extrema, videlicet corpus & animam, nos illum medium coniunctionis appellamus, habentem in ſe virtutem vniendi & ligandi illa ſimul inſeparabiliter, quoniã quò ipſe in ſe animam cõtinet propter quam mortuum corpus viuificari debet: videtur quòd iſta coniunctio ſit naturalis inclinatione quadã vnita amore naturali. Et cõiunctio iſta amicabilis, vnio eſt amoris, per quam coniunctionem corporis & ſpiritus eſt corpus indiuiſibile, in quo ſpiritus corporis cum potentia omniũ ſuarum figurarum, ſubſtantia ſpiritus ſubtilis, ita quòd ſpiritus eius eſt ligatus cum anima intus in ſubſtantiam ſpiritus ita ſubtiliter, quòd nullus corporalis oculus differentiam videre inter ea poterit, niſi tantum ſpiritũ qui in forma aquæ apparet, in quo animæ & corporis ſpecies inuiſibiliter requieſcunt ſimul, ita quòd apparet cùm anima ſit cum virtutibus corporis & animæ, quæ eiuſdem naturę eſt, & ſpeciei cum corpore: & ſic quando ſitit, optat bibere, & ſe humectare ad recipiẽdum humorem perditum per vim calcinationis ſupra quam dici poteſt, ad ſe trahet naturam deperditam ſe ipſam viuificando, & in attractione naturæ ſuæ attrahet ſpiritus ſubſtantiam multiplicati exuberati cum natura ſui corporis, quæ diffuſa eſt, & extenſa per totam ſubſtantiam ipſius ſpiritus. Vnde quia attractio facta per amorem duarum naturarum dictarum, cauſa erit coniunctionis corporis & ſpiritus, quod Philoſophi dixerunt his verbis: niſi coniunctio fiat indiuiſibilis inter corpus & ſpiritum, nunquam erit conceptio, & ſi non erit cõceptio, nunquam erit impregnatio, & ſi non erit impregnatio, non erit infantatio ſiue partus. Attende ergò pòtẽtiam ipſius coniunctionis.


Idem Morienus ait: quòd generatio noſtri lapidis aſſimi-

aſſimilatur generationi hominis: quoniam quãdo terra extra duxerit infantem illum, nutrit, quouſq; fortior fiat, & potens reſiſtere flammæ ignis, & non exiſtimes, terram feciſſe totum vbi incipiendum eſt, nihil adhuc audiſti de iſtis ſecretis, quæ demonſtrabuntur in proceſſu magiſterij, videlicet in nutrimento lapidis: tunc eius operationes manifeſtantur creſcente potentia ſua, & quanto magis nutritur, & creſcit, maiorem tranſmutationem videbis, & admirabiles potentias naturæ in re iſta viſibilem cognoſces. Quæ quidem mirabilia ſecreta niſi vni ſoli & benemerito homini reuelentur, aliâs maledixeris à Deo, quoniam nemo debet afferre illi cui Deus reuelare non decreuit: itaq; illi ſoli & nulli alio debet reuelari, quia donum Dei eſt, & non hominis reuelantis ſecreta, quæ ipſe Deus in natura plantauit, qui ſit benedictus in ſecula. Amen.

DE SPOLIATIONE alienæ humiditatis à natura per ſubtilem aſſationem. CAP. VI.

DEO Philoſophi volunt terram lapidis ſpoliari à tota ſua humiditate, donec ſicca fuerit. Et iterum Philoſophi volunt, quòd humidum reſtituatur ſuperſiccum, videlicet in propriam terram, quoniam ibi noſtrum ſulphur generatur, quodque igitur terra ante eius præparationem facere non poterat. Poſt facta eius præparatione ideo, quia color eius reſtitutus eſt ei, ſubtracta humiditate, quæ eam habebat & mortificabat.

Calcina igitur bene terram philoſophica calcinatione, & antequam ſemen imponas, quod ſuper omnia amamus. Poſtea recipe terram, & pone cum ea quartam partem ſui ponderis, & conſequenter pone intus vas quod nos retentorium appellamus, cuius forma hæc eſt



quod ponas ſuper furnum tuum continuando ignem tuum leuem, quouſque ſpiritus ſit totaliter congelatus in terra. Scias quòd nigrum corpus veſtibus albis induetur, ſi Deus tibi conceſſerit, hanc operationem reiterabis, donec terra alba fuerit ad modum niuis. Tunc terra prægnans eſt claritate perpetua, & appetit extra mittere filium ſuum.

DE PVRIFICATIONE TERRÆ *per ſubtiliationem philoſophicam.* CAP. VII.

HAEC extramiſſio infantis ſit ad hoc, vt ſpiritus congelatus in ſulphure ſeparetur à terra quæ ſplendorē eius occupat, & res impura à pura ſeparetur, & incorporale à corporale: & fit hoc modo, quàndo terra erit alba, ſicut nix. Tu extrahas extra vas, & conteres illam ſuper laminam vitri in puluerem ſubtilem. Poſtea pone intus vas & iunctūram lutabis, deinde pone in furno: & ſcias quòd infra 30. horas, aliter 30. dies, inuenies infantem natum, & à terra ſepara.ū ad latera vaſis clarū, reſplendentem & lucidum vt corpus lunę: hunc cuſtodi. Ista eſt enim terra noſtra foliata, in qua debes animam ſeminare, quæ eſt tinctura claritatis & ars noſtra & medium coniungendi, & pacem facit inter mortales inimicos, quæ terra eſt ab omnibus quæſita; da aures, & oculos.

DE CAVTIONE VT *terram foliatam nutrias.* CAP. IIX.

ISTVD corpus aureum ſpirituale & corporale, ex quo vtriuſque virtutem continet, & quamuis hæc terra ſit perfecta, quòad eius operationem, quoniam ipſa operari non poteſt, ſicut delicatus infans in illa hora quando natus eſt, quouſque nutriatur & roboretur, vt operari poſſit. Iſta potentia ei datur propter nutrimentum: vnde fuerunt aliqui, ſicut ego vidi, cùm eſſem apud REGEM ROBERTVM, qui

qui de hoc lapide tàm ſecreto faciebant proiectionem. Et quia nutritus cùm erat & vigoratus, nullam perfectionem in eo inuenerunt, tamen poſt inueſtigauerunt potentiam ſuæ operationis. Inceperunt ergo ex illo lapide Philoſophorum qui eſt medicinæ confectio & ipſius nutritiones operationis: & eſt ſecunda & vltima pars huius magiſterij.

QVID SIT OPVS PHILOSOPHORVM facere. CAP. VIIII.

PTaque totum opus Philoſophorum diuiſum eſt in duas partes. Prima pars eſt eiuſdem ſulphuris in medicinam fixam & fluentẽ conuerſio. Hoc Morienus dixit, quòd totum magiſterium duplici creatione erat. Et aduerte, quòd ita ſunt primæ & ſecundæ operationes coniunctæ in natura, quòd quàm primùm prima operatio finitur, ſecunda incipit iam inchoari & fieri medicina, qua ſecunda finita, totum magiſterium finitum eſt.

OPVS PHILOSOPHORVM IN DVAbus operationibus conſiſtit, ſcil. ſulphur facere, & illud nutrire. CAP. X.

IN prima nanque parte, nos præparamus & purgamus materiam, & creamus ſulphur, ex qua materia præparata nos componimus & creamus medicinam quæ tantam habet potentiam. Et noli affici tædio in nutritione lapidis, neque feſtines, ſed magno cum ingenio & patientia multa opus continua: ſi enim patientiã non habes, ad excellentia naturæ ſecreta non attinges: corrumpuntur enim propter feſtinationis violentiam.

Nutrias itaque lapidem tuum tandiu, donec proiectionem ex ipſo facere poſſis, tum mirabilia eius intueberis: & iſta eſt prima pars, videlicet de lapidis creatione, & materiæ præparatione ex qua.

Deſunt non pauca.

℞. ergo vncias S. lunæ optimæ, & diſſolue in aquã Mercurij, quam manifeſtabo tibi in lapide minerali, & diſſoluetur in aquam viridem. Poſt ſepara aquam cum ratione Philoſophica, & reitera aquam ſuper terram.

Debes ſcire quòd forma argenti eſt in prima aqua, & recipe terram argenti calcinati, & pone ad partem: conſequenter ℞. aquam, & diuide illam in duas partes, & in prima pone terram Lunæ, & in altera terram pulueriza tam, & obſtrue phialam, & pone ad ſolem, & citò diſſoluetur in aquam claram. Iſta aqua eſt aqua fermentalis, in qua lapis fermentatur, & trahit ad ſe naturam metalli. Item aquam diuide in duas partes, & vnam partem pone ad congelandum intus vas vitreũ lento igne. Poſt ℞. vnam partem argenti, & amalgama eam cum duplo argenti viui. Recipe lapidis congelati partem quartam, & miſce cum dicto amalgama, conterendo & miſcendo ſimul quouſque totum fiat vnum corpus. Poſt imbibe materiam cum alia parte aquæ fermentabilis, paulatim partem poſt partem ſicut dixi in creatione lapidis.

MODVS NVTRIENDI LAPIDEM & eius multiplicatio.

CAP. XIIII.

POſtea ponas materiã ad nutriendum lento igne. Hoc magiſterium dat intelligere, quòd vapor lapidis coniunctus cũ vapore corporis perfecti, congelabit argentũ viuum in veram medicinam albã, lucidam & tranſparentem. Hanc operationem reitera quando vis multiplicare, quoniam quantò magis reiterabis dictam operationem, tantò magis multiplicabitur in potentia, ſic verbi gratia: ſi prius vnum pondus medicinæ conuertebat centũ partes, ſecunda vice conuertet mille, & tertia decem millia, quinta mille millia, & ſic in infinitũ. vnde non ponas negligentiam in hac arte, quoniam medicina vnitur melius, in ſuis partibus magis digeritur, ac perfectius operatur.

DE FIXATIONE AERIS. CAP. XV.

NVnc dicam tibi de aeris fixatione qui in ſe portat tincturam. Accipe terram argenti, quam ad partem poſuiſti intus vnam partem aquæ, & totum hoc ponas ad diſtillandum, & lento igne aquam ſeparabis. Quo facto remoto illo recipiatur: ponas illud & recipias aerem, qui erit coloris croccei augmentando ignem plus primo igne vno puncto, cum quo igne vnius puncti diſtillabis quicquid diſtillari poterit, & ceſſante diſtillatione ad partem, pone bene obturatum. Conſequenter recipe terram, quæ in fundo remanſit, & contere ſuper laminam vitri cum modico dicti lapidis, & imbibe totum hoc cum aqua quæ eſt diſtillata, donec fiat ad modum paſtæ.

Poſtea appoſito alembico pone ad diſtillandum, & diſtilla ad duo puncta quã grauius diſtillabit, & quanto tardius diſtillabitur, tantò maioris erit virtutis. Itaque deſtillationes iſtas reiterabis, quousque à corpore animam totam extraxeris & amplius diſtillare nõ poterit, & ponas quamlibet diſtillationẽ cum aere, qui eſt coloris croccei: poſtea diſtilla illud ſemel, & erit rectificatum. Et habes aerem, cum quo tinges, & fixabis lapidem tuum hoc modo.

DE CERATIONE CORPORIS VT fluat. CAP. XVI.

R. argentum viuum, quod eſt iam coagulatum cu vapore lapidis, & illud cõtere ſuper laminã vitri quod totum conteritur facile in terram claram & puluerem ſubtilem: hunc puluerem imbibe cum dicto aere paulatim, vt fiat ad modũ paſtæ: hanc materiã pone ad nutriendum lento igne quouſq; aer erit congelatus cum dicto lapide, ſicut ſupra feciſti cum dicta aqua. Reitera hanc operationem donec biberit medietatem ſui ponderis. Poſtea Recipe modicum de lamina illa chriſtallina, & pone ſuper laminam cupri ignitam, & ſi fundi-

tur ad modum ceræ, ſine fumo medicina eſt perfecta & fixa, & ſi non, reitera decoctionem quouſq; ſignum faciat. Huius medicinæ proijce partem vnam ſuper centũ partes plumbi vel ſtagni, vel alterius metalli, & in verã lunam ad omne iudicium tranſmutabitur cum omnibus ſuis proprietatibus; & ſi medicina fuerit ſemel multiplicata, tantum facias hoc modo proiectionem. ℞. vnum pondus iſtius medicinæ, & proijce ſuper centum partes mercurij calidi, incipientis fumare, & conuertetur in medicinam. Huius autem ſecundæ medicinæ proijce põdus vnum ſuper centum mercurij calidi vt ſuprà, & erit medicina ſuper alio mercurio. Huius autem tertiæ medicinę proijce põdus vnum ſuper centum ponderà mercurij, vt ſupra feciſti, & in verum argentum conuertetur.

ALIVS MODVS NVTRIENDI LAPIDEM. CAP. XVII.

PEr alium modum, vt ſupra dictum leuiorem tuum creare poteris, nanque non diſſoluas lapidem, in aqua argenti tantum capias amalgamæ, quartam ſui partem ſeu ponderis prædicti, conterendo illum ſupra laminam vitri, quouſque totum incorporetur. Poſtea imbibe totam medicinam illam aquæ lunæ paulatim, ſicut dixiſti in creatione lapidis. Poſtea ponẽ materiam intus vas ad nutriendum, & facies conſequenter vſque ad finem, vt ſupra dixi.

ALIVS MODVS MVLTIPLICANDI & nutriendi lapidem. CAP. XVIII.

ADhuc etiam per alium modum componere poteris elixir, habendo reſpectum ad perfectam Temperantiam, & perfectionẽ ſuæ conditionis, & proprietatis: hoc modo, videlicet quòd tu capias partem vnam eum dimidia aquę lunæ, & in ea diſſolue partem vnam dicti

dicti lapidis,& erit totum ad modum aquæ claræ. Poſtea proijce vnam partem eius, & omnia miſceantur in formam aquæ: iſtam aquam ponas ad congelandum prudenter, ſuam humiditatem radicalem conſeruando, & hoc eſt,ad hunc finem, vt virtus lapidis confortetur, & diſſipetur violentia ignis: quia virtus eius hoc totum congelare debet & fixare. ſextam iſtam partem aquæ reparabis leui igne à toto compoſito per diſtillationem,hoc eſt, dictam medietatem medietatis aliæ mediæ partis, quoniam illud erat plus aquæ propter quam ſulphur fuit in formam aquę diſſolutum & conuerſum in naturam aquæ, propter plus aquæ.vnde apparet ſicut rationalis oſtendit,quod fortior vincit debilem cùm ſuccurritur & confortatur. Itaque ſicut aqua vincit ſulphur propter maiorem eius qualitatem ad ſuam naturam reducens;ſic oportet quòd ſulphur habeat potentiam conuertendi aquam, & reducendi eam, & per congelationem ad ſuæ propriæ naturæ conditionem, & hæc conuerſio eſt naturalis, & nos certificauit cõfortando in tantã vim ſulphuris, tollendo de aqua quod potentiã habeat congelandi aquam: vnde pondus & menſura facta ſunt ad confortationem ſuorum membrorum. Vnde non ſufficit rem ipſam ſcire, ſed quot modis poteſt confici,& per hanc potentiam eius viſibilem oſtende ignoranti rei ipſius dignitatem. Cogita eius potentiam, quemadmodum in cognitione eorum vniuerſalium ſapiens & ignorans aliquando adæquantur. vtrum in applicatione cauſarum ipſarum ad ſuos proprios & æquatos effectus ignorantiæ & ſapientis latiſſima eſt differentia.

ALIVS MODVS BONVS ET PERfectus. CAP. XIX.

HVnc lapidem ſolutum diuide Alembici ingenio in aquam, & terram ſiccisſimam, quam pone in vaſe à ſcofolario,cuius quãtitas ſit ſecundùm quantitatem medicinæ, & pone in fimo calidiſſimo per quadraginta dies,quouſq; terra ſoluatur in terrã rubeã,& renoua

ſimum de quarto in quartũ diem, ſit omni aqua rubea ſpiſſa: auge ei ſuæ aquæ quanti ſeruaſti medietatem ponderis ſuæ terræ ſolutæ, & in 40. diebus ſub fimo prædicto congelabitur. Tuncinde quantum ponderat quarta ſui ponderis aquam pone ſuper ipſum ſubtiliſſimè tritum, & in fimo congela per decem dies, deinde tere, & da ſibi iterum aliam quartam aquæ, & congela, & hoc reitera quater. Poſt hæc extrahe ac tere, & pone in fimo calido & humido, donec totum ſoluatur. Super hoc ſoluto pone medietatem aquæ ſeruatæ, & congela & tere, quia iam ſic compleuit factum ſuum elixir, cuius virtus talis eſt.

DE PROIECTIONE MEDICINAE ad album. CAP. XX.

PRoijciatur primò vncia vna ſalis medicinæ ſuper vncias tres ſtagni vel plumbi fuſi, & miſce bene, quoniam totum eſt elixir. Huius autem medicinæ plumbi vel ſtagni medicinati ℥. j. ſuper 10. ℥. ſtagni vel plumbi fuſi fixat in igne, quorum fixorum talis operatio eſt, vt pijcias ℥. j. ſuper 15. octonis vel ſtagni fuſi, & extrahet ſuam immunditiam, & imperfectionem, & conuertet in argentum melius omni minerali.

DE ARGENTI TINCTVRAE conuerſione in aurum. CAP. XXI.

SI in aurum vis reducere, ſic facito. R. ℥. j. medicinæ vltimæ congelatæ, & pone ſub fimo per 50. dies, donec ſoluatur, deinde da ſibi medietatem aquæ corporis ſoluti, & congela, & proſequere ſicut in argento docuimus.

FINIS.

RAYMVNDI LVLLII OPVSCVLA PHILOSOPHICA QVATVOR, NVNC PRIMUM in lucem data.

I. Compendium artis Alchimiæ & naturalis Philoſophiæ.
II. De lapide & oleo Philoſophorum.
III. Modus accipiendi aurum potabile.
IV. Lapidarium, ſiue de lapidibus prætioſis.

Modus accipiendi aurum potabile Secundum Raymundum Lullium.

DIco igitur primò, quòd aurum potabile prodeſt allopeciæ, ſi ſumatur cum aqua fumariæ, aut cum mirabalanis chebulis condietur. Prodeſt caſui capillorum, ſi ſumatur cum aqua meliſſæ. Remouet canitiem, & facit oriri capillos nigros, ſi ſumptum fuerit cũ aqua bethonicæ; aut confectione theodor. anardi. Itẽ puſtulas capitis, furfuris, capillorum tineam, pediculos, & cæteras infectiones capitis tollit, ſi ſumatur cũ aqua maioranę, dolorẽ capitis vniuerſalem, & dolorẽ capitis propter aſcenſiones vaporum: Et omnem dolorem capitis, vt Hemicraneam, & vertiginem, & Σκοτώματα ſanat, ſi ſumptum fuerit cum aqua Bugloſſæ & meliſſæ. Item litargiam, quę eſt ex apoſthemate in poſteriori parte capitis ſeu cerebri ſubtus craneũ, cum aqua rutę & lilij potatum: corpore prius mundificato, & materia diſtracta, & vniuerſalib. alijs præcedentibus curat. Per-

fecta præſtat curatione. Si corruptionē verò memoriæ, & ſomnum innaturale, & ſtuporē qui eſt ex diminutione ſenſus & motus impediens conuerſionē ſpiritus ad neruos cum aqua feniculi, appij & acori an. & confectionis anacardinæ ʒ.ij. auri potabilis granum vnum, curat perfectè has omnes ægritudines: vigilias verò ſuperfluas cum aqua facta ex feminibus papaueris albi & lactucæ perfectè curat. maniam verò & melancholiā, quæ ſunt corruptiones animi cum aqua borraginis, & omnes has deſipientias, in eodem inſtanti curat, & ſimiliter amorem qui dicitur Ἐφιλιχὸς. Phreneſim verò quæ eſt apoſthema calidum in panniculis cerebri generatum, curat perfectè, ſi particularibus conuenientibus præcedente Phlebotomia aurum potabile adminiſtratum fuerit, cum aqua florum nenupharis. vel florum mirtillorum. Et miro modo in priſtinam reducit ſanitatem Incubū: quod eſt Phantaſma in ſomnijs cōprimens corpus, & aggrauans, & motum & loquelam prohibens, facta purgatione aurū potabile ſumptū cū electuario diambræ & dianthos commixto cum aqua maioranæ celeriter ſanat. Epilepſiam etiam curat, datū cum decoctione pœoniæ Romanæ. Item proculdubio Apoplexiam curat, præcedentibus particularibus & vniuerſalibus purgationibus, ſi aperto ore violenter immittatur. Aurum potabile cum aqua rutę eſt optimum ex his remedium, ita & taliter, quod ſi non fuerit mortuus, ſubitò excitabitur. In palyraſi verò ſi dātur cum decocto primulæ veris facto, cum vino mirum habet effectum. In ſpaſmo de repletione cum aqua ſaliuæ cum aqua baſiliconis. In tortura oris cum decoctione trifolij. In ophthalmia & in maculis, & conjunctura, & in panniculo, & in debilitate viſus, ijs omnibus paſſionibus cum aqua feniculi & ſileris montani. In ſurditate aurium: In tinnitu & ſibilo & in dolore aurium cum aqua herbæ ſigilli Salomonis, & cum aqua hyſſopi: In fœtore aurium cum aqua balſamitæ, apij & herbæ Sigilli ſanctæ Mariæ. In reumate cum aqua Hyreos, in nimio fluxu ſanguinis nariū cum aqua facta ex capulis roſarum. In paralyſi & paſſionibus linguæ, cū aqua ſaluiæ & hyſſopi. In ſputo ſanguis cū aqua mor-

ſus

ſus diaboli, aut cũ aqua ſcabioſę. In raucedine vocis cũ ſucco caulũ rubeorũ. In tuſſi cũ aqua capilli veneris & hyſſopi. In ſputo ſanguinis cum aqua plantaginis. In Phthiſi cũ aqua mellis & lacte. In Empiemate cũ aqua hyſſopi & aqua Enulæ campanæ. In pleuritide vera & nõ vera, & in peripneumonia cum aqua capilli veneris, aut aqua cancrorum fluuialium aut limatiarum aut cũ aqua cucuſtę: In tremore cordis datur cum aqua baſilicõnis aut malotanæ, aut aqua corticum citri, aut aqua naphitæ, aut aqua mirtillorũ, aut buglоſſæ, aut meliſſę, aut cum bono vino aromatico, aut ſimpliciter cũ alio mixto. In ſincope cum aqua roſarum & vino malorũ granatorum, aut cum ſucco caponis aſſati modo debito: In debilitate appetitus detur cum aqua mentę: aut cum aqua corticis citri. In dolore verò & debilitate ſtomachi frigidi cum decocto mentæ. In calida cum aqua roſarum, vel mirtillorum. In ſiti nimia, cum aqua portulacæ. In eructatione ſingultus & faſtidio cum aqua bethonicæ & balſamitæ. In abominatione, nauſea, & ſubuerſione ſtomachi facta purgatione; & materia fuerit calida, detur cum aqua roſarum & puluere diarod. abbatis. Et ſi materia fuerit frigida, detur cũ decoctione cinnamomi, ligni aloes & maſticis. In vomitu cum ſucco cothoneorum; & in vomitu ſanguineo cũ aqua plantaginis & burſæ paſtoris cum modico diarod. abbatis. In inflatione ſtomachi facta purgatione detur cum aqua puleglj, & puluere diagalangæ. In tortura inteſtinorum, ſi fuerit ex veneno, detur cũ modica theriaca & aqua ſcabioſæ, ſi non, ſumatur cũ aqua ruthæ, in cauſa frigida: In cauſa verò calida cum ſyrupo Nenupharino. In lienteria bibatur cũ lacte vaccino à quo butyrum fuerit extractum, & poſt bullitum: In diſſenteria & fluxibus ventris, cum aqua plantaginis, aut cũ aqua ferrata decocta ſumat. In Colica cum aqua vitæ, aut cum aqua rutæ, verminibus, ſerpentibus & ſcarabeis cum aqua zedoariæ, aut cum aqua abſynthij, & aqua portulacæ, aut cum aqua facta ex cornu cerui: In hæmorroydibus & paſſionibus cum aqua radicis tapſi barbari, & cum aqua milij ſolis & aqua roſmarini. In mala complexione, opilatione, apoſthemate, hydro-

pe cum aqua endiuiæ, lactucæ, ſcariolæ Epacticę & roſtri porcini in calida cauſa: in frigida cum decoctione ſpicenardi, aut cum aqua abſynthij & apij & florum, & flor. foliorũ & granorum aquæ ſambuci. In ictericia cũ ſucco lunariæ, aut cum aqua capri folij; aut cũ cero caprino. In paſſionibus ſplenis cum vino decoctionis ceparum, aut cum aqua fraxini & tamariſci. In paſſionibus renum, in dolore & oppilatione & lapide cum decoctione citæ marinæ, aliàs torturæ marinæ, aut cabalinæ marinæ, tribuli marini, aut cum aquis raphani, milij ſolis, Alkekengi, graminis, pinpinellæ & ſimilium, & cum puluere philantropos. Similiter & in paſſionib. veſicæ, in ſtranguria, & diſſuria. In vlceribus verò renium, cum aqua plantaginis, vel lacte caprino. In paruitate coitus, cum aqua mentę: In crepatura cum aqua vtriuſque conſolidę. In retentione menſtruorum cum aqua Rubeæ maceris & hyſſopi. In nimio fluxu, cum aqua plantaginis. In ſuffocatione matricis cum aqua artemiſiæ. In ſterilitate mulieris, cum aqua nephitæ. In difficultate partus, cum aqua artemiſiæ, & aqua ſannæ & lauendulæ. In retentione ſecundinę, cum aqua nigellæ, & aqua cucumeris agreſtis. Valet carbunculo & antracę calore proximè & ruginosè, & morbo Epidemiali ſuper omnia cum aqua acetoſæ, bugloſſę, & ſcabioſæ. Prodeſt guttoſis, chyragricis, podagricis, arthriticis, ſtraticis, colericis, phthiſicis, pinguibus & carnoſis ſumptum cum aqua herbæ paralyſis, aut cum aqua lauendulæ, aut cum aqua vitæ, aut cum aqua radicis acori, patientibus noli me tangere, Heriſipelatoſis, cancroſis, Apoſtematoſis, herpeticis, fiſtuloſis, ſcabioſis & malo mortuo afflictis: & contra guttam roſaceam & morpheam, & omne genus lepræ, vt eſt elephantia, leonina, tyria, & alopecia, & infectis poſt coitum leproſorum, impetiginoſis, & puſtuloſis, ſeu ſerpiginoſis. Cum mira celeritate prodeſt omnibus paſſionibus; ſi ſumptum fuerit cũ aqua factaex pede columbino & ſummitatibus trũcorũ cardonis benedicti, & bugloſſæ, & acetoſę, venenis verò omnibus, tiue ante ſiue poſt, & contra morſum animalium venenoſorum: & contra morſum canis rabidi indifferenter prodeſt, ſumptum

cum

cum aqua tormentillæ, aut cum decoctione Radicum & tormentillæ, diptamni & biſtortæ: aut cum aqua ſcabioſæ, & pinpinellæ, aut cum aqua rutæ, aut cum aqua radicis peoniæ, cum ſuprema feſtinantia auxiliatur. Item prodeſt ſpeciebus omnibus Ephemeræ cum aqua borraginis ſumptum. Item prodeſt peculiariter, hecticæ cum aqua bugloſſæ. Item febribus putridis, quotidianæ, tertianæ & quartanæ, cum aqua ſcolopendriæ, aut in principio acceſſionis cum aqua mentę. Erraticis febribus, quæ ſunt de phlegmate & melancholia exiale & manè ſumptum præſtat ſalutem, & remedium: communibus verò febribus ex ſanguine factis vt ſynocho amoterio, amnaſtro, epigranſtico, ſynocho & fluxum quotidianæ, cõtinuæ, quartanæ continuæ & febris cõpoſitis cauſandæ, quæ fit de maiori parte colerę & huiuſmodi ſanguinis, nec non & febribus compoſitis continuis & hemitriteis excepto maiori incurabilis epiculationem pie clariſſimi ſubcidit, adminiſtret, facta purgatione, ſumptum cum ſyrupo violarum & aqua eiuſdem bugloſſæ, & lactucæ. Et in his omnibus animaduertendũ, quòd primò materia debet eſſe digeſta & euacuata, poſt tribuatur aurũ potabile, dico in ægritudinibus, quæ tremuntur, in 14. diebus, aut longiſſimè in 20. aut creticis vnius aut plurium debet adminiſtrari poſt digeſtionem & purgationem. In morbis accurtionalibus peracutis, quæ terminantur in die naturali vel in tertio vel ſeptimo die, vel infrà, ſicut eſt in antrace, carbunculo bubone ſquinantia, colica, veneno & ſimilibus debet exhiberi in principio, non expectando digeſtionem. Et ſic reducitur excellentia auri potabilis particulariter & vniuerſaliter ad vtendum ſingularem & particularem. Et nota quòd quando ſumitur aurum potabile cum aqua vitæ, nobiliorem & excellentiorem facit operationẽ, quia omnes ſpiritus ſoluti aquæ vitæ reducuntur ad effectum auri potabilis, quia vt dictum eſt, aurum potabile, eſt propria aqua vitæ. Non eſt igitur mirum, quia ſi ſumatur ex aqua vitæ, quę prouocat ſomnum & quantitatem, & ponatur de auro potabili quantitas dupla, aut æqualis, aut media, aut fortius operabitur. Eſt & melius & præclarius, quem-

admodum eſt, laude ipſius animæ vitæ; & præclariorem habet effectum quàm ſi non eſſet cum auro potabili: & eodem modo dico de aqua vitæ confortans cor & cerebrum: & ſic in cæteris, eo quòd aurum potabile eſt & res virtutis excellentis; excellens omnia alia mineralia & vegetabilia, ex his medicamentis eliciuntur: & non oportet dare aliud medicamentum poſt donationem ſuam ipſum diuino auxilio ſanat omnes ægritudines quas nõ poſſibile eſt alijs medicamentis ſanare; & nõ eſt tanta cura cognitionis infirmitatũ, quoniam diſcretio naturę ſuo inſtinctu dedit virtutẽ auri potabilis ab auxilio diuinæ maieſtatis, cum bonitate ſuæ miſericordiæ ad ſanandum omnes infirmitates, & rectificandum ipſum cœcum. Quantitas verò ſuæ adminiſtrationis ſunt quæ ſequuntur. nam in magnis paſſionibus & extremis debet eſſe quantitas vnius paruæ cochlearię & in mediis mediæ & in paruis minor pars, ſicut pondus vnius grani milij: & quando ſumitur cum theriaca in quantitate deſignata, hæc duo luminaria faciunt admirabilem cõpoſitionẽ in omnibus prædictis; & quantitas theriacæ debet eſſe ʒ. ß. & quantitas auri potabilis debet eſſe ʒ. j. & aquarũ quantitas ʒ. iij. Multas & etiam alias proprietates laude dignas habet aurum potabile, quo ad ſuam virtutem, ſubſtantiam & operationem, in quibus nulla eſſet effabilis lingua ad ipſas; cuius ſubſtantia, nihil inueni putius, vnde tu ſciens ſordes nõ ſordeſcit, cuius virtute nihil eſt actualius eius operatione; nec vtilius in corporibus inuenitur. Benedictus ſit Omnipotens Deus qui bonitate ſuæ inſpirationis, tantam in ægritudinibus curam & ſanitatis conſeruationem exhibuit, cui ſit laus & gloria, in infinita ſeculorum ſecula, Amen.

Explicit modus accipiendi aurum potabile ſecundum Raymundum Lullium, ſcriptum per Ioannem Miletum Claudianum pharmacopolam die 20. menſis Auguſti Anno 1553.

COM-

COMPENDIVM ARTIS Alchimiæ & naturalis Philoſophiæ ſecundum naturalē curſum, Raymundo Lullio Authore.

Incipit compendium artis alchimiæ & naturalis Philoſophiæ. CAP. I.

SCIAS chariſſime fili, naturę curſum eſſe reformatū virtutes cuius ſine deprecatione adeo & eleuatione mentis videre poteris ſpiritus fugitiuos, ſeu figitiuos in aere condenſatos: in forma monſtrorū diuerſorum animaliū; etiam hominū qui vadūt, ſicut nubes, modo huc modo illuc. Et hoc totū fit ex principijs naturalib. certis formatis virtutibus, miſticis & exiſtentibus ab alijs virtutibus naturalibus, cum quibus ars magica reformatur naturaliter. Quare ſi velis potes intelligere ſua inſtrumenta per quæ formantur & vnde poteſt exire; quia de vna ſcientia formatur alia.

De aquis abſtractis à parte naturæ. CAP. II.

Fili duæ aquæ ſunt abſtractæ ab vna parte naturæ, per quas formatur tota ars alchymiæ; vnde vna facit lapidem volatilem cum modo & materię; alia facit fixum ad nutum operantis, & ibi natura operatur, intellige conformatur etiam tota ars lapidaria, per duas ſimiles aquas factas per Alchymiam, ſed ſunt alterius naturæ, quamuis de eadem materia fiant in ſuo principio. Similiter ars præſens tenet ſua inſtrumenta, in quibus ſunt virtutes infixę naturaliter, quæ eorum potentiam faciunt fieri mirabilia multa, poſtquam ſunt introductæ in proprijs & retinaculis per artem naturalē & reformationem ad cauſam quæ dicitur communis à ſimplici natura ſtante in elementis ſimplicibus ſi ea ſciueris reducere in illa.

Compoſitio aquæ noſtræ.

CAP. III.

℞. Nigrum nigrius nigro, & ex ipſo partes diſtilla, mus in vaſe vitreo, & in prima diſtillatione ℞. ſolum partem, & diſtilla hanc partẽ. ℞. iterum, pone ad diſtillandum, & huius ℞. quartam partem, & iterum diſtilla 3. huius ℞. 4. totam, & iterum fac vſque ad 10 vel ſecũdam partem iterum diſtilla 4. & ℞. aquam 9. vices.

De liquefactione Solis & Lunæ.

CAP. IV.

℞. huius aquæ ℥. 4. & eas acue diſtillando cũ vegetabilibus quę ſunt apud, & vide in anima artis, & poſtea pone in vaſe circulationis vt ſcis. Hæc aqua diſſoluit omnia metallorum corpora, cum ſuarum ſpecierũ conſeruatione, prout practica inferius notata demonſtrabit, quæ eſt vna de rebus ſine qua nihil poteſt fieri in magiſterio noſtro.

De aqua calcinatiua corporum.

CAP. V.

Germen omnium capillorum collige & de terra ℞. ℥. v. & de aqua ℥. ij. cum 3. cuius pondus eſt 8. ℥. librarum, & totum mixtum ſubtiliter moles in molendino marmoreo, donec totum diſſoluatur in aquam claram: tunc ponas in vaſe vitreo, cum alembico ſuperpoſitõ, & diſtilla totam materiam, primò faciendo ignem de ſerratura lignorum partibus duabus, & de carbonibus paruis, cum 3. & parum de ſulphure; & accende ignem: faciendo ignem flammæ directè ſub materia, & ſic dimitte quouſque reuertatur ad 15. puncta vel pauciora, & continua ſecundo ſecundum punctum ſuę diſtillationis, poſtea fortifica ignem quouſque alembicus perdat ſuum colorem, & amplius non diſtilletur. Tunc ℞. aquam, pone in loco ſicco & calido, & cauc ne reſpiret: & cùm talia facis, dimitte paruum reſpiraculum inter hauſtum alembici & receptorium, quoniã ipſius ſpiritus calor eſt quaſi immenſus.

De ope

De operatione huius aquæ.

CAP. VI.

Hæc aqua ex re vili facta, habet potestatem conuertendi omnia corpora in suam primã materiam, quæ si coniungatur virtuti vegetabili est magnæ perfectionis; & statim cùm facta est, vult poni ad practicam: ne spiritus ipsius qui est naturæ aereæ pereat.

De naturali calcinatione lunæ.

CAP. VII.

℞. ℥. j. Lunæ finissimæ, & minutim lunatæ, cuius medietatem pone in vase solutorio cum ℥. vnâ cum ʒ. de aqua calcinatiua: & aliam partem in alio vase, cum simili modo, claude vasa cum suis coopertorijs, & luta iuncturas cum farina & albumine oui, & pone hoc vas ad balneum mane per tres horas.

De operatione ignis contra naturam.

CAP. VIII.

℞. aquæ vegetabilis ℥. j. pone in ampulla, in qua pone ℥. ij. aquæ calcinatiuæ, & subitò cooperi cum suo cooperculo, & claude bene cum cera, & colloca in balneo per duos dies naturales, & in illo tempore totum vegetabile conuertetur in aquam clarissimam & putissimam.

De separatione calcis ab aqua calcinatiua.

CAP. XIV.

Metallum solutum siue calcinatum in duobus vasis solutorijs, separa colando aquam clarã, vt terra ipsius possit aliquando ascendere: hanc aquam pone ad partem, deinde terram illius lunæ calcinatæ, cum aliquantulo eius humore, pone in igne cineris cum alembico & recipiente, & cum igne feruente, duodecim horarum liquorem iam dictum distillando. Caue tamen à minus forti igne, quoniam in forti calore solis fit: deinde pone ignem infrigidare, & habebis Lunam bene calcinatam.

De occultatione Philoſophorum in ſolutione Lunæ. CAP. X.

Vegetabilem ignem ſolutum in aqua calcinatiua: Recipe ſalis cum aqua ℥. 3. calcis lunæ ℥. j. pone ſimul in vaſe ſolutorio & cooperi vt decet, & dimitte operari per ſe ſine aliquo alio calore, quouſque operatum fuerit ſua propria virtute, & requieuerit, luta bene iuncturas, & pone vas in balneo per 3. dies naturales, & poſtea cola aquam, & diſtilla humorem, & calcina terram quæ ad modum ſupernis feciſti, & tantum reitera quouſque totum diſſoluatur ſub iſto regimine in formam liquoris, quem diſſolutum pone ad partem: quoniam hæc eſt ſubſtantia corporis per aerem deportata.

De congelatione liquoris lunæ. CAP. II.

Tunc pone dictum liquorem in duobus vaſis circulationis partiendo ipſum per partes æquales, & pone in quouis vaſe ℥. iij. cum ſua aqua vitæ primò rectificatæ, & pone in furno habente duo brachia, vbi vnus temperatiſſimus poſſit cucurbitas percutere, & colloca tua vaſa, & liga circumquaque ad cannas alembici, & habeas ſpongias, quas tene madefactas ſemper aqua frigida vbi intrant cucurbitæ ſtrictæ, & quando ampullæ ſentierint calorem, ſtatim videbis fermentum cū aqua aſcendere & deſcendere, & diſtillabitur de vno vaſe in aliud æqualiter; & videns qualiter ratione caloris ſpiritus ſubtiliatur & inſpiſſabitur fermentum.

De aqua Elixiris, quæ eſt conuerſionis in oleum. CAP. XII.

Vaſa ambo extrahe, quando materia tua fuerit congelata, loca in fimo, vel in balneo, & iterum ſoluetur in duobus diebus. Iterum congela, & hoc fac ter vel amplius, donec inde congelari non poſſit, & tunc, vt oleum videbitur inſpiſſatum, & erit lapis exaltatus in Dei nomine.

De modo

De modo faciendi oleum Lunæ.
CAP. XIII.

Verum quæritur hic modus abbreuiatus & pretioſus eſt, vt in decem diebus congeletur quinta eſſentia ſuper fermento, & cum fermento, eo quod res multum groſſa, terreſtris & fixa eſt, in luna; ſed non ita in Sole: quoniam citò ſoluitur prius complementum fixionis: ſed tamen quantum ad finem complementi, tempus non eſt diuerſum in Sole & Luna: quantum ad omnia reſpectum habendo.

De proiectione. CAP. XIV.

Medicinam hanc ſic completam, ſi iungas cum ſulphure Saturni, vel Iouis, faciet tranſmutationem ſecundum ſuum fermentum.

De calcinatione Solis. CAP. XV.

Sufficienter nunc dictum eſt de albo, dicamus nunc de rubeo: omnia enim in menſura huius rubei concordant cum operationibus lunæ. Si ſcis operari philoſophicè, cum aqua corruptibili quæ ſua magna virtute diſſoluet tuum ſolem, & ſubtiliatur in aërem quod eſt noſtrum ſecretum. ℞. ergo compoſitæ lunæ diſtillatæ per alembicum ℥ j. & cum iſta aqua pone ℥ j. aquæ vegetabilis, acutæ, & pone aurum ſecundum pondus aquæ vegetabilis: poſtea pone in balneo per duos dies aut quatuor, & infra dictum terminum inuenies nigrum totum vt carbo, quem cuſtodire oportet.

De reductione lapidis in aquam & oleum.
CAP. XVI.

Accipe ambo vaſa ſimul extrahendo à furno vel à balneo & ſtatim in vna nocte ſoluetur; & iterum congela, vt de luna feciſti, & habebis lapidem exaltatum, ita quod ampliùs congelari non poterit, & hic eſt pretioſior modus omnibus, vt Deus nouit, quem mihi teſtem voco, etiam cunctis operationibus mundi: quamuis poteſtates Elixir magni non habeat; tamen ſi hanc medicinam miſcueris cum ſulphure Veneris, vel Martis, tranſmutatur ſecundum iſtud fermentum.

De modo ſolutionis & congelationis.
CAP. XVII.

Eodem modo ſoluitur & congelatur vt luna. Totum igitur compoſitum ſolis & aquæ pone in vas circulationis vna cum duabus partibus aquæ vitæ rectificatæ, & cùm ampullæ ſenſerint calorem, ſtatim ſoluetur corpus ſiue fermentum, & videbis continuè in principio ſolem diſtillari, & in fine figi & in lapidem conuerti.

De Augmentatione medicinæ. CAP. XIIX.

Non arbitraris, quin hæc medicina habeat modum, ſuæ multiplicationis, ſicut aliæ: Tu ergo cum iſto ſole ſic ſoluto impaſtes argentum viuum, ſepties ſublimatum, & ſic per ℥. ſolis 7. argenti viui: & poſtea ſublima ſeptem vicibus, reddendo quod ſublimatum eſt, ſecibus, donec fixetur Mercurius, & in medicinam tingentem & penetrantem. Item aliud miraculum ſi ℥. vnam ſolis huius ſic ſoluti, per ſe ponatur in igne lentiſſimo octo diebus, cum 100. partibus Mercurij, congelaret totum in aurum, & hęc mirabilia ſunt in natura. Et hoc ideo, quia ſpiritus aquæ, in ſal auri, cum auro inſeparabiliter fixatur, & augmentat eius efficaciam, vltra modum, ſcis quod in mundo ſecretius eo non eſt, vnde ſi ſciueris hoc abbreuiare, in triginta diebus poteris lapidem componere, ſi modo aquæitate ſeparaueris.

De naturali euacuatione corporum à ſuis Spiritibus. CAP. XIX.

Nunc vltimò reſtat qualiter à corporibus imperfectis poſſumus ſulphur naturæ extrahere, & de amborum vnione ℞. calcem cuiuſcunque corporis volueris, & pone in ampullam, habentem collum longum: & ſuppone de aqua vitæ rectificata quæ ſupernatet 4. digitis, & poſtea pone ſuper cineres & bulliat per vnum diem naturalem: & poſt bullitionem pone in fimo calido, vel ſtupha per duos dies naturales; & ſeparentur partes ſubtiles à groſſitie ſua, tranſacto termino, ampullam extrahe, inclinando ipſam cautè, ne fæces turbentur; & ſerua aquam, & claude benè & cuſtodi in loco calido & humido. Tunc pone aquam nouam ſuper fæ-

per fæces, & fac vt priùs, donec corpus à ſuis ſpiritibus euacuetur: & ſi tibi aqua defuerit, ſume cucurbitam, in qua ſunt omnes liquefactiones, & diſtilla per balneū, quouſque habeas duas partes aquæ, & de iſta aqua, pone ſuper materiam corporis, quæ eſt in ampulla. Sicut ſuperius feciſti, & ſic reitera, quouſque terra ſit euacuata; Et ſic probabis. ℞. modicum de prima terra & deſicca ad ſolem, qua ſiccata, pone ſulphur ſuper laminam ignitam, & ſi fecerit fumum, reitera dictas operationes, quouſque non fecerit fumum.

De calcinatione terræ. CAP. XX.

Vnde cùm ſignum prædictum perfectè fueris aſſequutus, extrahe materiam tuam ab ampulla, cum aliquantulo prædictæ aquæ deſiccatæ vt priùs, prout ſcis. Deinde habeas aquam vitæ optimè rectificatam, in vaſe circulationis, de qua pone tria pondera, ſuper terram vnius ponderis, & ſuppone alembicum, & claude iuncturas, & cum igne lentiſſimo diſtilla, & completa diſtillatione dimitte infrigidari. Et tunc videas quòd terra ſit bene ſicca. Et iterum pone aquam nouam ſuper pondus dictum, & fac vt priùs: & omnes diſtillationes pone ad partem in ampulla bene clauſa, & ſic reiterabis, donec terra in pulucrem ſubtiliſſimum & impalpabilem ſit reducta.

De exultatione. CAP. XXI.

Modò dicimus de calcinatione ſpirituum, & liquefactionibus omnibus peractis ℞. Vas in quo ſunt omnes liquefactiones, & ſuppone alembicum, & diſtilla in balneo: donec ad ſpiſſitudinem mellis deueniat: & tunc permitte infrigidari, quo infrigidato mittes deſuper de illa aqua, quam modo extraxiſti de terra tantum quæ ſupernatet 4. digitis, & pone ad inhumandum in furno, vel in ſtupha calida per vnam diem naturalem, vaſe optimè clauſo: quo tranſacto, pone alembicum, & diſtilla aquam cum igne mediocri; & pone ad partem facta diſtillatione, & vaſe infrigidato, pone ſupra materiam remanentem, de qua extracta vt priùs, inhuma, & diſtilla vt ſupra, donec argentum viuum Philoſophorum fuerit exultatum, vt lac virginis.

De argento viuo Philoſophorum ſublimatione. CAP. XXII.

Memorare quoniam ſal ex prædictis ſic fit, completa iſta exuberatione, ſcias pondus prædicti pulueris ſubtiliſſimi, & imbibe eam cum medietate ſui ponderis aquæ exuberatæ, & pone ad inhumandum, & nutriendum in calore fimi per octo dies in fine, quorum inuenies materiam tuam minùs humidam. Tunc ſuppone alembicum, & diſtilla illam cum igne lentiſſimo recipiẽdo, deſicca eam cum moderamine, iterato ſcias pondus, & pondere noto repone quam modo recuperaſti, & de illa aqua exuberata fac complementum ad medietatem ſui ponderis, & omnes iſtas imbibitiones, inhumationes, diſtillationes, calcinationes, reiterabis, donec terra bibat de tali ſua humiditate quatuor partes ſui: & hoc cognoſces ad tale ſignum; quoniam ſi ponas modicum ſupra laminam ignitam, & euolauerit in fumum, factum eſt, ſi non, reitera vt priùs, donec conſequaris ſignum prædictum, quo conſequuto pone ſuper cineres, & da ignem primo lentum, & paulatim fortificando, donec tota materia aſcendat ſuperius ad latera vaſis, & dum ſublimatum fuerit, habes ſal & ſulphur omnium Philoſophorum.

De reductione ſalis & olei ad vnam naturam. CAP. XXIII.

Salis vel ſulphuris iam dicti inceratio ſic fit: ℞. prædicti ſalis cuiuſuis metalli, pone in crucibulum, ſuper cineres calidos, & dum erit aliquantulum calidum, pone de dicto oleo guttando guttam poſt guttam, donec ſit in ſpiſſitudinem mellis frigidi. Tunc remoue ab igne, & dum erit frigidum, accipe de eo modicum, & proba ſuper laminam, & ſi velociter fundatur, factum eſt, ſi non, reitera vt priùs, donec leuiſſimè fluat ante fugam.

De oleo Lunæ. CAP. XXIV.

Lunæ oleum fixatiuam habet virtutem & dat fuſionem leuem ſuper omnia ſalia facta, incera igitur ex eo ſal Iouis cum ſulphure, factum eſt de Ioue, & proijce

vnum

vnũ pondus ſupra quindecim Iouis, vel ſi fuerit ſal de Saturno, proijce vnum pondus ſuper 50. Saturni, & erit opus perfectiſſimum omnium naturalium: vel ſi oleum eſt de ſole, incera cum ſulphure Veneris aut Martis, donec fluat, & fac vt priùs.

Sal aquæ nigrioris. CAP. XXV.

Sal aquæ nigrioris ſic fit. Calcina fæces vini, donec ſint albæ, deinde imbibe eas cum aqua nigrioris ſummè rectificata & acuta in vaſe circulationis, & pone ad putriendum per vnam diem, deinde lento igne diſtilla aquam, & vltimo calcina terram vel ſal, & iterum imbibe & diſtilla, & calcina vt priùs, donec ſufficiat, & habebis ſal Mercurij ſiue Artiteſtamentarium, ſine quo nihil fit, & poteſt poni in balneo Mariæ ad diſſoluendum, & ſuper cineres ad congelandum quouſque ſufficiat. Deo gratias

Explicit compendium artis Alchimiæ & naturalis philoſophiæ ſecundum naturalem curſum, ſcriptum die 23. menſis Auguſti

Per Ioannem Miletum Claudianum pharmocopolam.
Anno 1555.

De lapide & oleo Philoſophorum.
CAP. I.

SI vis facere aquam vitæ ſeu Elixir ad vitam hominis conſeruandam & iuuandam, & ad ægritudines ſanandas; Accipe album quod remanſerit in cucurbita, faciendo aquam ardentem, remoue ab ea & ſerua ad partem in magno vaſe: & ſic fac alijs fæcibus, donec ſatis habueris: Et quando ſatis habueris, euapora fæces, donec ſint ſiccæ: poſt calcina ipſas in crucibulo, & pone in igne Reuerberationis; & ibi dimitte donec ſint inter album & nigrum, poſt extrahe, & diſſolue in aquam Phlegmatis aquæ ardentis calidam, & diſtilla per filtrum, poſt congela lento igne, poſt extrahe, repone in crucibus, & calcina iterum calcinando, vt priùs, donec fæces fuerint benè albæ. Scias quia in iſta medicina eſt modica terra, & magnæ virtutis: & non curas ſi parum ſit de terra, quia parum fermenti leuat, & fermentat magnam copiam paſtæ. Ita iſtud modicum terræ quod continet lapis, ſufficit ad nutrimentum totius lapidis. Caue benè ab his qui extraneas quærunt terras. Sunt aliqui qui quærunt tartarum, & dicunt, quia terra lapidis eſt: Alij quærunt fæces vini calcinatas: Alij cineres vitis, & ita cæcus, ſi cæcum ducat, ambo in foueam cadunt, & credunt facere aquam vitæ, & faciunt aquam mortis. Quia non debet eſſe terra extranea, omnibus Philoſophis teſtantibus. Poſtquam materia fuerit bene dealbata, ponas in cucurbita calata vel phiala longa & alta, cuius fundus ſit rotundus ad modum cœleſtis lunæ. Et cautè hoc facias, vt in ſpiraculo cucurbitæ remaneat ipſa terra, & antequam eam ponas ibi, fili, ſcias eius pondus: & deinde decimum ſui ponderis accipe de aqua vitæ, & pone ſuper ipſam terram pro colatura cucurbitam ita vt non poſſit ſpiritus ab ea exire, & poſtea ponatur hoc vas in fimo equi calido, & dimitte ibi ſic, & ipſa aqua vitæ ſuper ipſam terram totiens ſublimabitur, & aſcendet, donec ſit vt ipſa terra. Ipſe ſpiritus vel aqua inſpiſſabitur, & retineatur ab ipſa terra verè, donec figatur in quandam materiam albiſſimam criſtallinam, quæ apparebit ſuper ter-

per terram illam, non in vno loco, ſed per plura loca ipſius: quia per maculas albas. Cùm iſte ſpiritus detentus fuerit, & conuerſus in terram ſuam: tunc ſecundò iterato cum decima parte totius illius, quod eſt in vaſe de ſpiritu non fixo, atque de prædicta aqua vitæ, & pone ſuper totum illud quod eſt in cucurbita orbata, & obturata: deinde obtura vas vt priùs, & pone in fimo, vt aſcendat & deſcendat iſta aqua vel iſte ſpiritus totiens, donec inſpiſſetur, & in virtute terræ retineatur vt priùs, hoc eſt reiterandum videlicet opus eodem & eiſdem aquæ pondus, vel ſpiritus, & eodem igne, vel calore temperato non pulſiuo, donec ſatis habuetis de dicto fermento, vel tota pars ipſius aquæ alba, vel ipſa elementa quatuor in ea contenta & exaltata, vt eſt dictum in ſpiritu quintæ eſſentiæ, per primam operationem finietur, & per ſecundam operationem virtute terræ in vnitate ſpiritus quintæ eſſentiæ, & fiet vnus lapis criſtallinus. Et hoc eſt quod dixit Philoſophus, aſcende à terra in cœlum & iſta quatuor elementa prædicta, aſcenſa & exaltata per ſublimationem, poſtea dicit Philoſophus iterum quod deſcendit in terram, hoc eſt dicta ſcilicet iſta quatuor elementa, cum ſpiritu quintæ eſſentiæ proximam operationem vt dictum eſt: iterato per ſecundam operationem deſcendunt in terram, ita quia fixentur, & virtute ſpiritus quintæ eſſentiæ vt remanerent vnus lapis criſtallinus albus Philoſophicus. Tamen licet vt operator ponat certum pondus in imbibendo iſtam terram, tamen poteſt fieri ſine certo pondere, veruntamen ſecurius eſt quod dicit auctor ne elixir ſubiungatur, quare terra citius conuertit, quia eſt minus, quam illud, quod eſt maius.

De aqua vitæ & ſua perfectione cum lapide Benedicto. CAP. II.

Qualiter fit aqua vitæ in ſumma perfectione, cum lapide benedicto arcanum arcanorum omnia alia arcana excedens, & ſuper omnia excellentiſſimum excellens, & immeritò vocare principem ſecretorum aquam vitæ faciendi, & componendi. Fili chariſſime perpendas in his verbis: Accipe aquam vitæ prædictam rectifica-

tam, vt dictum eſt, & de lapide rubeo minerali quãtum volueris, vt tibi videbitur eſſe ſatis: & tamen hanc aquã vitæ rectificatam, pone ad diſſoluendum, & diſſolue lento igne, prout melius videbis, & verè diſſoluetur. Ita quòd fiat aqua vna aurea, vel rubea, clara, limpida, & ſecreta, & ita habebis ſummam aquam vitæ perfectam, quam ſerua in vaſe vitreo, vel vitreato obturato cum panno lineo, & vt ſuperius cum maſticies.

De natura, & virtute aquæ vitæ & aquæ ardentis ſimplicis.
CAP. III.

Virtus aquæ vitæ & natura, & quòd in paſſionibus ponitur & de virtute ardẽtis ſimplicis, hæc autem aqua vitæ perfecta, ſecundum balſamum appellatur. Quòd ſi in potionib. medicinalibus ponatur & ſumatur, purgat ſumentem ab omni languore, & ægritudine, & ab eo remouet omnes infirmitates, & languores, lepramque repellit, & à ſuperuenientibus infirmitatibus defendit: & in iuuentute conſeruat: cætera particularia experimentata huius aquæ vitæ vobis remittam vt diſtinctè magis ſciatis.

Item nota quòd poſtquam terra fuerit bene augmentata, vel multiplicata, pone in vaſe circulationis, & deſuper pone duplum de aqua vitæ rectificata, & pone in fimo equino, vel in balneo Mariæ, & dimitte per quatuor dies: poſt diſtilla per alembicum, quòd diſtillatum fuerit repone ſuper fæces ſuas, & repone in balneo vt priùs, & ibi dimitte per quindecim dies, poſt iterum diſtilla per alembicum vt priùs, & fæces proijce vias, quia nihil ampliùs valent, poſt iterum rediſtilla illam aquam tef, & tunc erit verè rectificata, & ita habebis veram quintam eſſentiam: & tunc vocatur aqua vitæ ſeu mater balſami.

De modo diſtillandi aurum per alembicum.
CAP. IV.

Primò ponam auri calcinationem per aquam, ſecundò ipſius extinctionem ab aqua: tertiò ipſius diſſolutionem

tionem per aquam: quartò ipſius coagulationem, & extractionem ab aqua diſſolutiua: quintò ipſius diſſolutionem per ſe in aquã claram: ſextò & vltimò ipſius diſtillationem. Primò pone ſolem ad bulliendum, cum aqua vitrioli, & ſalis nitri, & ibi calcinabitur tantummodo. Secundò pone ſolem tuum exeuntem in aqua calcinata in alembicum, & ibi extrahe à calce totam aquam quæ poteſt exire: poſtea ſolis calcinationem in fundo vaſis debes ponere in caſſia ferrea ſuper ignem carbonum, & mouere cum baculo, ita vt omnis humiditas ſalſa recedat, quod per totum poteris cognoſcere, ſemper ad pondus ſolis prædicti menſuram adhibendo. Tertiò ſolem calcinatum pone in aqua ſalis armoniaci, & ſalis nitri, & ſtatim diſſoluetur: pone tamen totum ſolis, & parum ad parum in aqua, donec videas quod faciat aliquam reſidentiam ſine diſſoluendo. Quartò ſolem tuum diſſolutum in aqua diſſolutiua, pone ad congelandum, & illud quod remanet in fundo vaſis diſtillationis pone ſuper lapidem, & conuertetur in aquam claram: iſtud enim ſol ſic diſſolutus, ſemper fluit in igne, & nunquam conuertetur in puluerem, & in aëre congelabitur, & ſuper lapidem in aquam diſſoluetur. Et nota quòd in coagulatione debet fieri ignis lentus. Quintò dictum ſal ſic coagulatum, pone ſuper lapidem, & ſtatim diſſoluetur in aquam claram, ſicut dictum eſt. Sed ſi velis ſcire perfectionem, & vtrum ſal extrahatur, pone de dicta aqua ſolis ſuper linguam, & ſi inuenias dulcem benè. ſi non, non pone ad congelandum, in aëre, vel vbi poteſt congelari, & poſt diſtilla donec ſentias guſtum dulcem. Sextò & vltimò, R. ſolem tuum ſic diſſolutum ſuper lapidem, & pone in alembico benè curto, & pone ſuper lentiſſimum ignem ad diſtillandum, & diſtillabitur de iſta aqua maxima pars: Et poſtea debes accipere maſſam quæ remanet in fundo vaſis, & pone eam ſuper lapidem ad diſſoluendum vt priùs, & ſi conuertatur tota in aquam, aut non, pone illam aquã in alembico ad diſtillandum vt priùs feciſti, & iſte modus teneatur, quouſque totum aurum diſſolutum & diſtillatum fuerit per alembicum. Si autem tota maſſa ſe ſupra lapidem non conuertatur in

aquam, tunc debes ipsam ponere, sicut priùs in prædicta aqua dissolutiua salis armoniaci, & salis nitri ad dissoluēdum, postea ad congelandum ad ignem, post. ea supra lapidem ad dissoluendum, & dissoluetur in aquam claram: postea pone eam in alembico ad distillandum, & per istum modum ascendet totum aurum per alembicum in 3. vel 4. Reiterationibus. Vnum tamen quod vix potes facere, quoniam per aliquod argentum 41. pars aquæ salis quæ remanet cum ipso sole in secunda distillatione ascendat alembicum cum ipso sole: ac tamē si possit colligatur aqua salium per se quę minima est non dico tantum propter hoc multum posset nocere, si ipsa cum medicina: nam si remaneret cum ea, parum aut nihil remaneret. Item sol distillatum semel per alembicum ampliùs ascēdet per alembicum, quod est mirabile. Item dicit Episcopus De Tiopheo, qui hanc receptam habuit à quodam Sarraceno, quem Sarracenus dedit sibi ʒ 7. solis distillati, & dixit, quòd illa aqua solis distillata per alembicum congelat mercurium, & quod vidit oculis proprijs dicit inquam prędictus Episcopus. Quòd quando sol distillatur per alembicum debet fieri sine salibus; si possit & distillabitur in aquam rubeam, incensam, & clarissimam. Item quod quando accipietis partem vnam de illa aqua & ʒ 2. de 8. distillato in aquam per alembicum, & commiscentur simul cum ʒ j. ☿, etiam dicti per alembicum distillati coagulabuntur, & esset medicina ad Rubeum. Et si vellet facere ad album, loco 8. ponatur O—O dictum per alembicum, & loco solis ponatur luna dicta per alembicum, etiam ☿ dictum per alembicum, ista tua ponantur debitæ proportiones, sicut in sole commiscentur & coagulentur esset ad album medicina perfecta. Ista enim quę dicta sunt in corporibus, sunt certa ipsorum distillationibus mediantibus.

De distillatione omnium spirituum per alembicum. CAP. V.

Modo restat dicere de distillatione circa spiritum per alembicum, & dicit quod O—O debet sublimari ad album, & postea debes ipsum sublimare à sale communi

muni ter vel quater. Postea sine aliqua alia præparatione debes eum ponere in aquam salis citrini, & salis nitri cum eo operare in toto, & per totum, sicut fecisti de sole: & non quod non est necesse spiritus ponere in aqua calcinatiua, sed tantum dissolutiua. Item dicit quod ☉—☉ postquam est distillatum per alembicum, quia postea nunquam cremat, neque fumat neque fugit. Item omnes sales per modum supradictum possunt distillari per alembicum. Item ☉—☉ eodem distillatur quia & ☉—☉. Item ☿ per eundem modum sublimatum distillatur per alembicum, & paulominùs postea fumat. Quod si pluries sublimaueris, & postea distillaretur per modum prædictum non fumaret, sed non funderet. Item dicit quia nullum corpus, nec aliquis spiritus, nec aliquod sal dicitur propria præparatione præparatus, nisi priùs distilletur per alembicum: sed quando distillata sunt per alembicum, dicuntur esse præparata, & habiles ad ponendum in opere nostro philosophico & non ante. Item quando spiritus, & corpora sunt distillata per alembicum, fit matrimonium, & non ante. Vnde quilibet spiritus, & quodlibet corpus debet per se in aquam distillari per alembicum, & tunc debent simul iungi. Et tunc sic est factum matrimonium, & est facta medicina perfecta omnium Philosophorum quæsita, & à paucis inuenta. Et hæc de distillatione per alembicum lapis & oleum Philosophorum, corporum, & spirituum secundum Raymundum Lullium dicta sufficiant.

Explicit liber de lapidis & olei Philosophorum distillatione scriptus die 28. mensis septembris, Anno 1553.

Per Ioannem Miletum Claudianum pharmacopolam.

DEVS IN VERITATE TVA INCIPIO IMPRIMIS TRActare generationem lapidum per artem, ad Regem virtuoſum, qui propter tuum amorem dedit ſe tuo ſeruitio.

De tribus principijs effectualibus. CAP. I.

ET primo fili tibi dicemus, quòd neceſſarium eſt ſcire & intelligere proximiora, à quibus res quæſita recipit ſuam radicalitatem immediatè, & à quibus ars perficiat ſua propria inſtrumẽta, & etiam in noſtra theorica ea declarauimus. Similiter redigenda, in ſumma, & punctuata ipſa ponemus clarè, & dicemus, quia ipſa ſunt tua effectualia cum congruo tenens ipſorum cum quibus facit totum, quod vult in componendo lapide ſiue euulgatione noſtra.

De primo principio, & quid poteſt per ipſum cognoſci. CAP. II.

Vnde primum principium, eſt cognoſcenda materia, per quam immediatè lapis recipit impreſſionem, & manet in ſuo eſſe, quoniam ſi materia eſt talis, qualis natura petit, erit acceptabilis ad formam, quæ propter defectum impreſſionis non debet elongari ab ipſo, quando virtus ibi operatur, quæ eſt medium principale inter dictam materiam & ſuas altas eſſentias, ſicut tibi dicemus declarando principia ſupradicta.

De ſecundo principio. CAP. III.

Secundum principium eſt ſimiliter materiale, quamuis multum ſimplex ſecundum primum cum ſit medicamentum ipſius primi, qui per ſe immediatè habet ſe perfectionari.

De

De tertio principio ſcilicet de quinta eſſentia. CAP. IV.

Tertium principium ſunt rerum eſſentiæ cunctæ à quibus dependent virtutes ſextæ operatiuæ & formatiuæ in baſſis rerum eſſentijs quintis materialia media.

De materia primi principij, ſcilicet de Argento viuo. CAP. V.

Prima materia primi principij nominatur argentum viuum, & eſt cum omnibus ſuis metallis alteratis, in illa alteratione quam dicemus inſequendo practicam, & reuelabimus tibi cum clara theorica quæ eſt prima pars.

De materia ſecundi principij, ſcilicet de aquis ſubtilibus. CAP. VI.

Secundum principium autem, materia ipſius ſunt aquæ ſubtiles, in quibus ſunt reſolutæ limoſitates primi principij in ſubſtantia media, & materia ſubtili in qua delectatur virtus numeralis.

De materia tertij principij. CAP. VII.

Materia tertij principij, eſt multum eſſentialis, & ſentit virtutes ſtellarum fixarum, & non fixarum, & diuerſum reſpectum ipſarum, & iſtæ per influentias quotidianas infunduntur in materia approximanda cum arte ſecundi principij, in quo mediocriter delectatur virtus numeralis, ſicut dictum eſt. Secundum principium eſt conuenientius & acceptabile aliarum virtutum receptarum à cœlis diffuſarum, quæ ſunt profectio & forma totius cauſæ generatæ, vt apparet per prima principia. Quoniam ſecundum materialiter generatur à primo, à quo exit virtus mineralis, quæ eſt eſſentia quinta elementalis in materia ſimplici, & iſta perfectionatur in recipiendo formam per impreſſionem, quam influentia quintæ eſſentiæ cœleſtis imprimit in ipſa, vt priùs ipſa impregnata à virtute habita artificialiter per reinfluentiam materialem perfectionat cum ſuis virtutibus materiam primi principij, & ponit eam in eſſe comple-

to per virtutem mediam mineralem, quæ eſt res communis generationi lapidum, aut metalli, ſicut tractauimus in noſtro teſtamento cum generali manerie, in prima parte in Capitulo quod incipit: Nunc fili potes intelligere, &c.

De cauſa generationis lapidum & diuerſitate ſui operis. CAP. IIX.

Fili tibi dicemus ex qua virtus mineralis ſit communis ad lapides & metalla, cauſatio differentiam quam accipit ad generandum coagulum ad aliud monet ab informatione quæ ei adminiſtratur diuerſimodè, quia vna informatione indiget dicta virtus in creatione metallorum, aut informatione, ſeu tranſmutatione ipſorum in medicinis Elixiris, aëriſque informatio accipitur per gubernationem caloris extrinſeci, quæ monet virtutem mineralem informatiuam, & in procreando motum, ſecundum intentionem cognitam naturalis operationis, vt eſt declaratum in noſtro teſtamento, & ſiue intenſionis, vt tractaui breuius in compendioque compoſueram, ſuper dictum teſtamentum, quia requiſitus fui. Alia informatio qua dicta virtus indiget mineralis pro intentione mutandi materiam metallorum in pretioſis lapidibus, fit cum leuiori calore extrinſeco, & eam tardiori motu qui informantur cum calore cœleſti, quem calorem diuiſum & coniunctum ſicut declarabimus in arte iſta. Veruntamen fili tu non debes virtutem, quæ quanto creantur propter commixtionem trium ſupradictorum nec diminutionem illarum connexam cauſam cuius habebis per principalem effectum quiuenit à quantitate & claritate eſſentiamenti, & motus cœli & ſtellarum, & rerum materialium & generabilium, & corruptibilium motarum, & per alias informatarum: non quia ſit tibi neceſſarium, te gubernare cum figuris & imaginibus cœli propter connexam cauſam ſuorum motuum, ſicut dixerunt aliqui Philoſophi, ſi hoc ſolum connexam cauſam quæ per influentiam caloris cœleſtis informati, per figuram motus cœli, & ſtellarum influitur virtutes cœleſtes in materia apta, appropriata, ad recipiendum illas per induſtriam

ſtriam naturalis operationis cum reſolutione, quæ fit per artem aſſimilantem naturæ, quem transformat naturam diuinam ad principium naturæ ad finem quòd ſit apta gloriatione ad recipiendum virtutes infuſas in aquis fortium mineralium prout matrix capit, & recipit virtutem formatiuam embrionis, & ſuper iſto paſſu perceperunt Philoſophi ad reprehenſionem ipſorum-met, qui cognouerunt. Quia cùm virtus diuina ſit multum cõueniens toti naturæ propter ſuam magnam mobilitatem, ſemper recipit determinationes quando influitur in rebus mixtis, tam per artem quàm per naturam: Et hoc ratione virtutum mineralium quæ ei ſunt ſubiectum principium naturale retinaculum. Tali modo, quia ſecundùm cõnexam cauſam proprietatis materiæ & ſuæ ſpeciei propriæ virtutes recipiet, quia ex poſt facit tales per naturam quæ reputantur ab omnibus ad miraculum. Item nec natura poteſt operari niſi cum ſucceſſione minimarum partium, nec poteſt recipere alias virtutes, niſi per ſucceſſionem ſuæ operationis, & non totum inſimul, nec conſtellationes prout ſufferre ſtatione in alicuius temporis punctuatim in virtute certa, quæ tam citò non diuerſificetur. Et ponito quòd faceret tempus conſtellationis, eſt ita paruum propter reuolutionem circularem, quia eſt tranſactum ab prima virtute in aliam quintam prima ſine variatione alterius influatur in materia, velut vt largius monſtrauimus in prima parte theorica li iſtius artis. Quapropter non ſine connexa cauſa ſuorum motuum cum quantitate, & qualitate arti noſtræ ſuccurrimus, pro accipiendo, & venerando dictas virtutes cœleſtes cùm ſint communes rebus omnibus, & illas includes in aquis, incoquantur virtutibus naturalibus, ſeu mineralibus ad finem, vt in paruo tempore poſſint dare multas virtutes, & infiges in quo lapis pretioſus induratur, ſicut dicemus per illam practicam.

De aquis mineralibus & earum compoſitione procreando materiam ad principium naturæ.

CAP. IX.

Tu fili in nomine Sanctæ & Individuæ Trinitatis, accipe de aqua mercurij facta per modum quem dicimus in practica in libro mercatiorum per capitulum quod incipit: Tu accipies de liquore lunariæ, in qua diſſolue argenti ʒ ß. & poſt ſepara fæces per diſtillationem, quæ erunt albæ & pulchræ, & eas cuſtodi iſta aqua, fili eſt mater omnium illarum quibus indiges, quoniam eſt reſolutiua cum corporum metallorum & eorum argentum viuum virtute, cuius reformantur margaritæ, per modum quem dicimus in teſtamento.

De aqua Secunda. CAP. X.

℞. ʒ ß. de plumbo, & in aliqua quantitate dictæ aquæ diſſolue, & poſt ſepara aquam per diſtillationem, per filtrum, & fæces proijce, quia nihil valent ad hoc, poſt diſtilla aquam per alembicum, & cuſtodi eius fæces.

De Tertia aqua. CAP. XI.

Pro faciendo tertiam aquam, Tu accipe ʒ j. cupri, & illam diſſolue in tanta quantitate, quanta volueris ſecundæ aquę diſtillatę, & in illam aquam permitte quieſcere infra vnam ampullam nitri in loco frigido per diem naturalem: poſt ſepara aquam viridem per filtrum, & primas fæces abijce, & poſt diſtilla aquam per alembicum, & cuſtodi ſuas fæces ſecundas.

De Quarta aqua. CAP. XII.

Tu accipe ʒ j. ſtagni de cornoliata, quia eſt melius omnium, & eo diſſoluto in aqua quantitatem aquæ tertiæ, ſcilicet de cupro, & diſtilla per filtrum aquam cum ſua limoſitate mercuriali, id eſt ſua virtus minera-lis quadruplicata per commixtionem quatuor planetarum. Poſt proijce fæces & diſtilla aquam per alembicum, & cuſtodi fæces ſecundas.

De

De Quinta aqua. CAP. XIII.

℞. ℥.j. ferri, & diſſolue in tanta quantitate quæ ſufficiat quartæ aquæ, poſt diſtilla per filtrum, & proijce fæces, poſt diſtilla aquam per alembicum, & cuſtodi ſecundas fæces.

De aqua Sexta. CAP. XIV.

℞. ℥.j. auri fini, & diſſolue per modum quem dicimus in noſtro Teſtamento, & de illa aqua accipe medietatem, & commiſce cum ſuo pondere aquæ quintę, aquæ ferri immediatè dictæ.

Modus diuiſionis aquarum, & informatio ipſarum, & de natura Baſilici. CAP. XV.

Pro demonſtratione practicę hoc faciendũ eſt, quod quando omnia metalla reſoluuntur in aquã: Tu accipies aquam ſcilicet quamlibet ad ſuam partem, & diuides quamlibet ipſarum, in duas partes, & vnam partem cuiuslibet aquæ cum ſuis fæcibus proprijs pones in vno alembico, & eas ſublimabis in limo deſerto, quod eſt aer factus de duobus corporibus, & vltima diſtillatione diſtillabis aquas claras, & reſplendentes cũ pauca virtute minerali; & cum magna limoſitate appropriata ad recipiendum virtutes perinfluentias cœlorũ, & ſtellarum, & quamlibet ipſarum aquarum peractarum pones in amphora vitri cũ collo longo, & fundo rotundo. poſtea claude eius orificium cum cera communi, & poſt cum maſtiches, & cum corio ablutæ albę, & quamlibet ipſarum amphorarum, cum ſua aquamet pones in loco aereo, & ſereno taliter, quia lapis non valeat ſibi ferire, nec tangere ad ſecuritatem amphorę. Scias fili quia prędictæ aquæ impregnabuntur à virtutibus cœlorum, & tali ingenio nos eas accipiemus, ſicut murilegus accipit lardonem, quoniam cum virtus mineralis quæ ipſ deſcenderat de cœlis per curſum naturæ in prima materia, prodidꝛunt de ſua propria virtute in multiplicatione limpimenti terreſtris, vaporabilis, ſublimati per ingenium artiſtæ ad ignem dimi-

nutiuum ipſam ex poſt per voluntatem naturæ accur. tatiuę virtualiter recipiet alias, & per nobiles potentias, per quas replebuntur res vacuæ & intrabit per influen. tiam penetratiuam ſubtilem in alijs potentijs in mate. ria ſpirituali conſtrictiuæ, ſubtiliata per ingenium arti. ficij ad voluntatē naturæ reſtauratiuæ. Nunc intendas quòd propter hoc quod immediatè attractiones virtu. tum ſimpliciū ſunt ſimiles materialibus, quia in tanto quod operantur in locis mineralibus, nō poſſunt tra. here niſi materias cōcordantes, & ſimiles in natura mi. nerali. Et in quā operātur ſimpliciter deſcendō, per im. preſſionem virtute influentię, ipſa deſcendunt in omnē rem materialem nō ita diuerſa, & hoc propter magnā, & potentem ſubtilitatem. Entiū realium cœlorum & plantarum, per quē recipiunt generalē quantitatem in natura baſſa, quouſq; ſint influxa in dictam materiā. Et tunc illa accipiunt certā determinationē propter cau. ſam conſiderationis quam recipiunt ſicut ſpiritus ani. mam. Et illo tunc ſequuntur naturā generationis eorū, ſecundū materię meritum in qua influuntur. Et ſi hoc intelliges non mereris ſi quare baſilicus occidit ipſum reſpicientem ſolū propter obiectū viſus, nec propter, quia venit ſulphur nitri ſarrapis liquefactis diuerſis quando ſeparatur ſuper ea ſine læſione baſſi. Fili totū hoc nō ſunt, niſi quintæ eſſentiæ aggregatæ in vnū ac. ceptæ & ductæ in ſimplicem materiam elementorum; quia ſecundū, quia materia vnius elementi dat & plus ſapit alterā, ſcilicet homo recipit dictas virtutes opera. tiuas cū quintis ſpiritibus ſimplicibus elementorū con. junctis ad certā & propriam determinationē in poſſe, ſicut manifeſtat proprietas baſilici, in quo dat virtus al. ti elementi multum ſimpliciter in materia in qua dictæ ſextæ virtutes ſunt infuſæ, & ideo occidit hominē ſu. bito, propter reſolutionem ignis in cremando illi ſpiri. tus vitales corporum, ſiue connexa cauſa contagionis, ſiue macula corporali, & inceſſabiliter, prout poſſu. mus tibi oſtendere per experientiam ad virtutes mine. rales, ſi ſcias experiri ſcil. ſi primo poſſet reſpici per ſi. milem obiectum cum proprietate ſui mortalis veneni erit mortuus & mactatus: quoniā ſicut ipſe habet qua. litatem

litatem excellentem ignis exaltati per altas virtutes, & remotas ab omni temperamento, ſic datur homini qualitas temperata per frigidum complexionatũ, quia eſt ei mortale venenum ſi primo poſſit ipſum reſpici. Et ſi intelligis complexionem intelliges ideo viuit ita parum, quia non tranſit vnum animum poſt ſui creationem. Similiter & tibi oſtendem proprietas dicti ſerpentis per liquefactionem, quare aſpectus baſilici nõ inficit aurum & alia metalla: cùm ſit in qualitate ſimilis, & illo de igne. Et ideo, quia virtus planetarum, & cœli ac ſtellarum quæ petunt reſolutionem, earum materiam per proprietatem earum virilis actio eſt in ſubtili materia elementali, quæ non impedit ingreſſionem ſuæ virtutis. Et quoniam metallum eſt poroſum & apertum reſpectu dictæ materiæ eſſentialis, penetrat omnino illa ſicut ſpiritus qui non haberet locum, qui à ſua via ei reſiſtat, tamen tranſit vltra ſine læſione corporis metalli, ſicut homo per vnam domum apertam ſuper condenſationem & rarefactionem naturæ baſilici ſtuduerunt Philoſophi in natura metalli cũ ſubtiliatione illius & inſpiſſatione & retentione dictæ eſſentiæ inter materiã metalli, quę per eam fiebat Elixir ad complendũ in nouem menſibus cũ medio. Et ſi hoc intelligis, ſcies quare cremat ſpiritus hominem cùm per eorum ſubtilitatem eam volunt retinere ſine corruptione ſubitanea illius quæ fit per excellentẽ qualitatẽ dicti igniti elementi. Et ideo quia de iſta materia tractauimus ad plenũ in libro de corporib. ſimilẽ poteris ibi videre cauſam, quare baſilicus facit ſuum effectum affectionaliter actũ in obiecto in ſimili & non cum alijs, quia ſic eſſet longũ nec faceret multum ad actũ noſtræ præſentis curationis: Quapropter reuertemur ad propoſitum lapidum.

Quid debes facere de parte aliarum aquarum.

CAP. XVI.

Fili tu accipies fæces naturales, à quib. reuoluiſti limũ per ſublimationẽ vaporeã, in parte aquarũ quas poſuiſti in ſecreto, & illas ponas in qualibet in ſuã partẽ ſecundũ genus ſuũ metallicũ intus quandã amphoram vitri cũ collo lõgo de duab. palmis & infra quamlibet

pijcies partẽ ſuæ ꝓprię aquę, quę fuit reſeruata ab alia limoſa ſupradicta, poſt claude amphoras, cũ bona capatione ceræ ablutæ ac maſtiches, vt aliæ poſt inhumãdo eas infra quandã ortam in terra bene craſſa in fundo vnius palmi & medij, & ponendo illis vt aqua vaſe terræ ſuper circumſtantias collorum, amphorarum, vt appareant pro reſeruatione earum & ibi moueatur per annum integrum.

De poteſtate dictarum aquarum.
CAP. XVII.

Fili ſi vis ſcire ſcientiam lapidum, neceſſariũ eſt tibi, vt ſcias quo modo locus generatur locatũ per aptitudinẽ ſuæ proprietatis. Fili de vna natura exiuerunt iſtę aquæ quæ poſitæ ſunt in terra, & de alia illę quæ poſitę fuerunt in aere. Illæ quæ ſunt in terra habebunt noſtrã virtutẽ pro indurando & coagulando. Et illæ quæ ſunt in aere habebunt poteſtatem indurari & congelari in ſubſtantia pretioſorum lapidum. Et quia illæ quæ ſunt pro indurando, indigent forti virtute minerali ſine aliqua ignitione multiplicata per virtutes cæleſtes, quæ habent virtutem conſtrictiuã ſe mutandi pro proprietate mixta & loci, ideo inhumentur in elemento terreſtri, quia in nullo alio loco elementantur, per experientiam videmus, conjunguntur ita vniformiter radij circulorum omnes, ſicut faciunt in terra, eò quòd eſt contra directum impoſſibile totius ſpem cęleſtis poſſidens de natura ſicut continens vniuerſale omnium elementorum.

Quare terra eſt tantarum rerum mineralium productiua. *CAP. XVIII.*

Fili tanta eſt virtus radiorum cœlorum ſtillantium, qui influuntur in terram propter quod fieri habet, & ipſa tantarum rerum mirabilium productiua, quæ non poſſem dicere, quia eſt receptaculum & generale fixatiuum illarũ, & totum vniformiter in diuerſis figuris ſubſtantialibus cum adiutorio informationis, quia ipſe ei ſolũ donat per virtutem ſui circuitus & ſui motus, qui eſt prin-

eſt principale informatiuum in medietate totius ſuæ naturæ inferioris, qui ſtat diuiſa in omnes partes principales ſcilicet vegetabilem mineralem, & animalẽ, vt declarauimus in alijs libris. Et ideo cùm terra ſit locus in quo omnes radij ſtellarum adimantur, per quos in illa influuntur virtutes operantiæ & viuificantiæ vt ad centrum ſuarum ſpherarum & retinaculum principale earum virtutum ipſa concordantur cum omnibus ſuis corporeis partibus, quoniam propter earum exitudinem habemus quę non acceperunt bene aliqui, ſe receperunt de alijs virtutibus ad finem, quod ſua membra non remaneant mortificata, quod hoc ſit, quia materia diligens ad reformationem ſuorum indiuidualium, & eorum contenti, quoniã cùm vna pars tangatur cũ ea parte, quæ vel fuit vel eſt de ſui natura virtutis influxa in vna ſphera, poſt in alia cũ ſpiritu terreſtri inſtructiuæ rei cõtentę, ſcil. virtutum cęleſtiũ: & iam pars reuertitur in vitam per ſuas conuicinas cõuirtute cœli & ſui ſpiritus, imò tibi dicemus plus, quia quando noſtræ aquæ ſunt in terra poſitæ, ſicut tibi dicimus, attrahũt per ſuas virtutes proprias fortitudines terræ, quas acceperunt à cœlo cum ſua propria virtute pluſquam duorũ tractatuũ arcus, ſicut ferrũ trahitur ab adamante & ibi retinẽtur. Quia proprietas virtutis cœleſtis eſt, quòd quando deſcenderit in elemento terreſtri, habet tam certũ terminum per terram in creſcendo ſpiritum per condenſationem, quouſq; inuenitur locum proprium retinaculi cum ſpiſſatione, cauſa hæc ſit res certa, quia nullũ corpus durum terreſtre morans in ſuo extremo eſt apparatum aptum ad recipiendum virtutem in ſuo eſſentiali extremo, nec ipſum retinere vt pertinet, quouſque in eſſentiali medio ſcilicet ſpiritu qui ſecundum animę eſt principium corporũ primo reſoluatur, quia ſic præcipit rationem. Et ideo cùm iam per artem ſimulantem naturæ materiam aptam apparatam in multo apto ſpiritu animi, quod virtutes fecerunt retinaculum corporis in ſpiritu per reſolutionem, trahuntur & capiuntur à noſtro ſpiritu qui intus vitrum eſt inhumatum, intus terram propter eorum plenum velle condenſatione. Et cum talis ſpiritus congelatur argentum viuum qui in-

uenitur in terra in ſimo & vero argento meliori quam de minera ſiue approximatione caloris ignis, qui dicitur communis, vt eſt declaratum in experimentatore, qui dicitur repertorium & principalis clauis omnium noſtrorum librorum, qui fecimus ex iſta arte intellige quid poteſt ipſe facere per ſuam cõſtructionem in materijs altis, cũ ſine igne nobiliter congelat argentũ viuũ quòd cõmune, ſubſtantiæ tardæ propter tranſitũ mediocris medij. Et cũ tanta ſufficientia tibi modũ compoſitionis aquarum per artẽ cum quib. formabis tuos lapides iſto modo.

De Compoſitione lapidum: & primo de ſmaragdine, & de virtutibus eius. CAP. XIX.

Fili quando volueris componere per artem aliquam lapidẽ qui ſit in virtute & colore potentior quàm mineralis, & naturalis, & qui in omnib. ſuis proprietatibus excellentior: oportet te non ignorare virtutes, nec naturas, nec poteſtates, nec colores quas habent aliqui minerales: & acceperũt à corporib. cœleſtibus neq; determinationẽ formę, in quas ſunt tranſmutatę per proprietatẽ naturæ eorũ ſpiritus aquatici, in quo retinentur. Quoniã vnius virtutis eſt aqua argenti, & alterius ſpiritus ſtagni, & alteri⁹ aqua auri. Et hoc per determinationẽ materiarũ metallorũ reſolutorũ in ſpiritus, in quib⁹ ſunt dictę virtutes cœleſtes influxæ, & p ea retẽtę. Similiter tibi dicimus de coloribus qui ſunt diuerſi ſecundũ naturam cuiuslibet metalli: & tibi declarauimus in noſtro teſtamento naturam dictorum metallorum, ſi volueris intellexiſſe, & non eſt niſi ſulphur & argentum viuum, & ab hoc recipit ſubſtantialiter determinationem omnium cœlorũ, nec eſt neceſſe, quia ignores mixtionem eorũ, qui certum lapidem cum claritate ſcientiæ vel compone. Et quoniam illam claritatem tibi præſtauimus & declarauimus in prima parte theoricali: vbi dicimus mixtionem cum tota practica, quod non poterit tibi deficere, ſcil. quia intus primò habeant totum nobilem intellectum, tibi dicemus totũ factum eorum corporamenti, & ideo ſi in tuo corde habeas

habeas de componendo ſmaragdinem, figura eius eſt plana vt denarius parum concaua, & eſt formando cũ tuo modulo facto de cera communis. Suus color eſt viridis tranſparens & lucens.

De forma moduli fiendi de cera.
CAP. XX.

Quando volueris facere modulũ de cera, vt habeas modulum argenti ad figuram quam volueris facere lapidem, & facies impreſſionem ipſius in cera communi, cooperiendo circa modulum argenti ad finem. quia cera recipiat bene modulum & formam moduli argẽti. per quam dictus lapis habet formari ſecundum figuram, quam dictus lapis habet ex natura communiter, & dat in ſua propria minera, & cùm modulus ceræ ceperit formam moduli argenti, & ſi non ſcis formare modulum ſcilicet illum de argento, in te non eſt ingenium artis mechanicæ, vade ad illos qui aptè de argento & cera operantur, ſecundùm totum tuum velle, & facient ipſum multum bene reſpectu illius de argento.

De modo formandi lapidem.
CAP. XXI.

Quando volueris formare lapidẽ ſmaragdinem, accipias vas vitri, cuius forma eſt talis, & ſit factũ de duabus petijs, de quibus vna erit cooperitoriũ, & alia receptorium, vbi ponentur aquę quas tibi dicemus, & fac quòd cooperitorium ſubintret intus iuſte, cũ quo poteris ſpatiũ vnius digiti ponere, & poſt accipies de aqua argenti terreſtris in qua eſt fortitudo lapidificatiua vigorata per virtutem cœli, & de illa pone in dicto vaſe ad quantitatem vnius oui. & cum ipſa pones quantum volueris de aqua cupri ſcilicet, quouſque videas quod habeat ſatis coloris ſecundum quod volueris dare colorẽ lapidi, quoniam ad hoc faciendum nõ eſt neceſſe niſi ratio ſeu ſenſus ad conſiderationem vſitatus & remiſſibilitatis coloris quem volueris dare lapidi. Fili propter iſtas duas aquas mixtas in ſimul erit aqua viridis cum aliquibus coloribus mixtis acciden-

talibus quæ apparebunt ſuperius, ſi ad ſolem reſpicias eas ratione mixtionis virtutum cœleſtium, mixtarum cum ſpiritibus, per quam mixtionem & materiam ſpiritatiuæ variabilitates diuerſarum & multarum virtuoſarum potentiarum, ſicut tibi dicimus in creatione lapidum præſentis, & ſicut tibi dicimus, ita & cito quod feceris, quia dictum eſt pone modulum ceræ infra dictum vas vitri, ita quod natet ſuperius dictam aquam ad modum vaſis natantis, & aqua non intret infra modulum, & poſt pone coopertorium tuum deſuper, & pone ſeu permitte tali modo inebriari ſpacio vnius credo in Deum, & vnius ſalue regina. Fili hoc fit ad finem quod modulus ceræ tam intus quàm foris cooperiatur a vapore aquæ rarificatæ in aere tali modo quod contiguæ qualitates Elementales in quibus ſe delectat virtus mineralis, multiplicata per virtutes cœleſtes, tangentes immediatè concauitatem vaſis ceræ: non quòd concauitas ſit plena dicta aqua, ſed de vapore ipſius ſublimitatis in aere inuiſibili, de qua concauitate moduli ceræ recipit virtutem pro indurando aquam aereã, quæ ex poſt ſe poſſet in præcioſo lapide, & quia fortitudo lapidificatiua, ſicut ſpirit⁹ ſpirat ſemetipſum ad ceram ad finem quod ex poſt ſpiret in aquam quæ reuertentẽ in lapide imponito infra vas: fili illud eſt vas minerale mediantib. ſpiritus. Et ſic talis locus certus & determinatus generat proprium locatum propter virtutes & fortitudines, quas in ſuo ventre tenet, quoniã iam dictum eſt & declaratum in libris, quia ſemper locus generat locatum, & hoc non fit niſi ex proprietatibus cœli qui influuntur in illis per quas virtutes minerales multiplicantur, ſicut in vaſis naturalibus monſtrando per naturam illa qui eſt Philoſophus aut amator veritatis. Intellige ergo res primas quę portant entia de potentia ad actum cum propria theorica.

Quòd neceſſarium eſt propriam Intentionem ſcientiæ eſſe cum theorica.
CAP. XXII.

Fili ſi non habes practicam cum theorica mixtam, totum

totum non valet vng. botorium, quoniam neceſſarium eſt quòd propria intentio ſcientiæ ſit cum theorica, per quam neceſſe eſt quòd practicus conformetur. Et ideo conſuetũ fuit & eſt de noſtra Philoſophia, quod nõ detur practica ſine theorica aqua ex mutuo veritas ſi intelligens videlicet aliquid. Sed multi ſunt qui practicam donant ſine theorica, videatis quod videlicet natura factum non euenit, niſi res ſciatur. Sed ipſi hoc fecerunt, quia eam non ſciuerunt, quia non philoſophauerunt, nec etiam practicauerunt. In vero magiſterio videte qualis eſt practica, quando exit ab illo, & ibi non eſt an poſſit portare multũ fructum, dubitans vadit ad paſturam qui neſcit ptatum ad quod vadat manuleria nunc clauem à theorica quam tibi tradimus cũ ſua ſorore practica, & fac vt concordent ſe antequam aliud facias, quoniam ire longè aut aſcendere coſtam ſæpe eſt tædiũ: & hoc recorderis poſtquã tibi dicimus. Et quando dictã practicam cũ intentione theoricæ ſuæ germanę poſueris in actũ, vt dictũ eſt ſuperius cito ad finem dicto ſalue regina diſcooperi vas, & pone intus modulũ de aqua aerea quæ fit de vapore cupri quantum volueris ſecundum formam moduli, & ſecundum quantitatem lapidis quã volueris facere, poſt cooperi vas cum ſuo coopertorio, luctando iunctura cum cera communi circum circa, & pone in vmbram, vbi ſol non tangat per tres horas integras: & in fine tertiæ horæ videbis aquam congelatam quam poſuiſti infra modulum ad modum gummi tranſparentem mollem vt paſta & viridẽ vt ſmaragdus iuuante, quod quando videbis aquam lapidem eſſe ſpiſſatum, tunc aqua conſtricta acceperit formam ſuam à modulo ceræ, poſt aperi vas, & verte modulum ceræ taliter, quod illud quod erat ſuperius vertatur inferius è contra, & ſubſtantia lapidis tangat ſubſtantiam aquæ indurando & trangulando immediatè, pòſt claude dictum vas, & tupa ipſum cum cera, & pone ad ſolem taliter quod radius ſolis tangat per totum diem, & ſtat ibi per duos dies contra ſolem.

Quare induratur lapis. CAP. XXIII.

Fili dico tibi ſi non intelligas me, non me reprehendas, nec reputes me mendacium, imo reitera virtute variamenti quem lapis recipit ab aqua poſt ſuam formationem, induratur propter virtutem conſtrictiuè materialem ipſius, & hoc per informationē caloris mouentis virtutem formatiuam lapidis manentis in qualitatibus elementorum cum omnibus ſuis inſtrumentis. Aliqui ſunt in principio ſuæ philoſophiæ in noſtro tẽpore intrati, de cauſa impreſſionis quã aqua aerea recipit in ipſa, vt apparet per indurationem aquæ conſtructiuæ ducentis cùm omnes veniunt ab vna materia quæ actio & paſſio ipſarum & tranſmutatio citius per informationem quàm per materiam per manum artiſtæ abſolutæ in diuidendo groſſum per paruum, quæ facit ſolum per ſuas qualitates cùm ambæ tangant virtutem mineralem, vnde nos dicimus, quia ſi hoc eſſet verum quod aqua aerea induraret aquam terrã diuiſam in paruo: Et hoc eſſet contra naturã. Nota in quantum calidum & humidum ſit laxatiuum, & non conſtrictiuum, & iam manifeſtum eſt quòd hoc venit principaliter à virtute viuente. Apparet ergo abſolutè quòd tranſmutatio prouenit per informationem artiſtæ, quõ probamus per naturalem experientiam quod aqua terreſtris non induratur in petra, niſi per virtutem aeream cum informatione minerali vice verſa. Cum vera laxatiua non poſſunt conſtringere conſtringentem ipſam, ſed citius mollificare & in aerem mutare per ſuam virtutem, quæ eſt infra qualitatem quartam, quæ non poteſt tantum vt ipſa. Sic manifeſtum eſt quod hoc prouenit ab diuerſis qualitatibus, in quibus ſunt materiæ mutatiuæ & virtutes cæleſtes realiter fundatę quæ ſunt cauſa totius impreſſionis. Ideo fili cùm aqua ſit frigida & humida, eſt de neceſſitate quòd reuertatur in aerem & in ignem nobilem conſtrictio, nec eſt ſufficiens verbum quod ipſi eleganter dicimus, quod dictæ aquæ veniunt ab vna materia ſcilicet per vnam viam mineralem ſecundum eorum intellectum cum ignorent tranſmutamentum qualitatum elementorũ, factum per artem

tem artificij ad reſpectū naturæ, quoniam ſicut natura mutat elementa de vna qualitate in aliam, & de groſſo facit ſimplex, ſimiliter nos per artem mutamus ſiccum cū frigido, & de frigido facit humidū, & de humido calidū, ſicut declaratū eſt in noſtro teſtamento & in ſuis pertinentijs quoddam complementū de illo quod fit per artem. Et hoc dicimus pro omnib. aquis generaliter loquendo: & poſt quando videbis lapidem bene induratum & bene coagulatū, ſepara ipſum à modulo ceræ ratione ſuæ contractionis, tunc poteris tu cognoſcere terminum ſuæ indurationis, nō obſtantibus coloribus accidentalibus, qui apparebūt in illo quouſq; tranſeat per noſtrā digeſtionem factā per ignem, ſicut tibi dicemus quando tractabimus de alijs. Accipe igitur ipſum, & extrahe ab aqua, & pone eum ad partem, & cuſtodi in vno vaſe vitri ſimili in quo fuit formatus.

De virtute ipſius lapidis. CAP. XXIV.

Nos fili cum virtute ipſius lapidis præuidimus mirabilia in rebus naturæ, & multus euentus penetrauimus & vidimus quantum Ieſum portauimus, & multos caducos ſanauimus, & tempeſtatem temporis cum virtute Dei & ipſius, fecimus ceſſare, nec eramus lapſi quantumque itinerauimus aut laborauimus; & adhuc probauimus ad lapſos viatores, qui tam cito refrenabantur à labore itineris. Nos conſultè dicimus regi Roberto qui habere pecuniam non poterat propriè in tardatione magiſterij tantum erat exceſſitus in magna mundanitate, nec hoc ac interiectiones naturales, quas homo poſſet habere ſeu dare non ſufficerent, tam magna erat intentio diaboli mundani, qui perturbabat ſemen pro deſtruendo omnes & benignum opus quod putatum erat & plus in cuſtodia ſuper omnipotentem qui nobis dedit intelligere per ſcrutationem quam lapis Smaragdinis dat portanti & magnam mitigationem, & in corde hominis deſtruit impatientiam & fugat diabolum tantum quod non poſſit facere malum per temperationem nocibilem quantum ſciat operi, multas alias habet virtutes mirabiles cauſæ quarū ſunt claræ in theorica partim contra diuerſas & multas infirmitates.

Qualiter quilibet debet vti iſto lapide in ſanando & in alijs. CAP. XXV.

Fili quando volueris ſanare aliquam infirmitatē per virtutem ipſius lapidis non accipias pecunias, quoniā cū charitate operatur virtus naturæ cum intentiua cura propter poſſe dominum. Fili qui ab homine accipit pretium, ſuæ virtutes minuuntur, quia dedimus tibi magnam rentam, cum qua potes viuere facereq; magnas charitates, & creſcent in te virtutes mirabiles, & velis maritare virgines orphanas, & pauperes, & ſuccurrere clericis aperti intellectus, noli eos obliuiſcere ſi ſint pauperes, quoniam multi ſunt qui perduntur propter paupertatem, nec poſſunt ſublimare ſenſus ſuos quos poſſident, quia ſapientes & certi eſſent in ſimili ſcientia, vnde pauci ſunt inuenti qui non habent intentionem niſi ad facta mundana.

De Compoſitione Carbunculi. CAP. XXVI.

Fili accipies de aqua auri terreſtris induratiua, quæ morata fuit in terra, & ipſa poſita in ſimili vaſe vt ſuprà dicimus formabis modulum tuum de cera modo quo volueris, poſt pone dictum modulum in dicto vaſe vitri modo tali, qui natet ſupra dictam ad finem qui inueſtiatur virtute mineralī conſtrictiua peracta per aquam. Et caue vt vas claudatur cum ſuo cooperiorio, & permitte ibi ſtare ſpatio vnius ſalue regina, cum credo in deum, & poſt imple dictum modulum de aqua auri aerea per tuam ſagacitatem, & procede omni modo quo tibi dicimus de lapide ſmaragdinis. Fili informatio iſtorum lapidum fit per vnum modum ſine vlla deſcriptione, ſed figuræ eorum cœlorum recipiunt varietatem ſecundùm variabilitatem & ſecundum determinationem, quam virtutes recipiunt à paſſione diuerſarum materiarum, quouſq; terminantur per virtutem vltimæ informationis, quem lapis recipit per ignē communem in forma propria ſub conſeruatione ſuarum virtutum operatiuarum.

Fili iſte Rubinus habet virtutem ſuper alios lapides, & vo-

& vocatur dominus lapis, ſicut aurum dicitur dominus metallorum: Si tu portes ipſum tecum nullū venenum ſpecialiter non poſſet tibi nocere, nec aer nec aqua quantumuis fuerint venenoſa per eſſentiam ſubtilem, neq; reſpectus baſilici quantum bene ſit ſubtilis. Fili proprietas huius lapidis eſt quod quando eſt in loco magis tenebroſo, eſt melior cauſarum ſuę luciditatis, & ratione ſuæ ſubſtantiæ quę tam per artem quàm per naturam portant ad ſubtilitatem aeris, per quam recipit penetrationem claritatis magis in forma aeris quā in forma terræ, nec aqua ideo relucet in tenebris vt carbo ardens. Et quando in fine duorum dierum receperit informationem à ſole & bene indurabitur, eleua ipſum ab aqua, & pone cum illo quem ſuperius formaſti, ſcilicet cum ſmaragdine. Fili natura generatur iſtum lapidem in Libia in regione de Zochodia vbi ſunt multi crocodili, ſed in noſtra terra natura entis producit cū ſolertia & adiutorio certis vt tibi iam dictum eſt.

De compoſitione dyamantis.
CAP. XXVII.

Compoſitio dyamantis fit ſolum de natura argenti terreſtris, & ipſum pone in vaſe ad indurandū, & pone modulū cerę intus, vt natet ſuper aquā ſpacio temporis, quod tibi ſuperius dicimus, & poſt de aqua aerea pone in modulo quo debet formari lapis dyamantis, poſt da ei primā informationē in vmbra per tres horas integras, & poſt adminiſtra ei ſecundum de ſole, donec ſit bene induratus per virtutē ſpiritus induratiui qui in ipſo eſt ſituatus. Iſta ſecūda informatio durat per duos dies naturales: poſt extrahe eū ab aqua, & pone cū alijs quos formaſti ſuperius. Fili iſte lapis tantā ſolidꝫtatē habet in ſua induratione ratione aptitudinis ſuæ materię, quod ferrū nec ignis poſſunt eū domare: ſed ſi calefacere vis in ſanguinē hirci proijciatur, qui comedatur per nouē dies hæderā, qui nāſcitur cōtra parietes, fācies de ipſo ad tuū libitum. Color iſtius lapidis eſt criſtallinus, ſua certa informatio eſt quæ debet formari in ſculpimentis acutis & quadratis: aliqui ſunt de criſtallo, eoſque faciunt ſine mutatione naturæ: quia materia non

eſt apta ad recipiendum virtutes. Fili iſte lapis dat multas virtutes mirabiles cuilibet homini dignè portanti ipſum, quando cuſtodit homines ab omnibus ſomnijs mundanis, & apperit ei ſpiritū mentis in ſuo intellectu, ad perſcrutandū & intelligendū multas res diuinas & opera ſpiritualia in æternū, & fugat omnia alia venena, & ſanat omnes qui habent cor firmum, & fortificat, & dat victoriam portanti ipſum contra ſuū inimicum cū magno honore: dum tamen portetur clauſus in argento. Nos formauimus tres de ipſis, vnū petijt rex Edoardus & dedimus ei pro tali actu: quia illud non debet portare cum promiſſione facta in armis, niſi cōtra infideles, & poſt promiſit ipſum offerre beato Thomæ, qui iacet in conturbino. Multas alias virtutes habet de ſe vt declarauimus in libro prophetiarū, inter quos eſt vnū, quia ſi bene ipſum aſpicias, videbis ſpiritus in aere figuratos, qui vadūt ſicut muti huc & illuc & diuerſæ figuræ retro te erunt de aere condenſante, vt in forma monſtrorum & diuerſarum beſtiarum & hominū humanorum, in nube parum obſcura totum faciet videre, & per virtutem iſtius quæ eſt inſtrumentum principale ſtat ars magica naturalis ſine pūcto integrata. Sed multi perduntur, quia neſciunt ſenſum libri de magica; quē dedimus bono regi Edoardo ſecundum curſum naturæ ſtat totum reformatum, quia vidimus in aere per alia elementa vnde aſſimilatur naturæ quam ſimilē volunt facere, congregauimus in vnum ea quando voluimus vti ſecundum tractatum.

Similiter poteris facere per curſum naturę ſiue elementatione tui & elongatione, adeò vnde pauci ſunt qui ſciant niſi prius intelligant alia naturalia opera quę præcedunt illam.

Sed poſtquam veritatem vidimus clarè quare impedimus de non impediendo noſtrum intellectum quando error eſſet non credere hoc, quia nos vidimus principaliter & intellectum per ſomnium, qui à nobis aufert dubium de illo, quia certè ſcimus, ſed error non eſt ſi ſimpliciter non credunt cùm rationes neſciant principium formatiuorū, quæ ſunt virtutes mixticę extractę ab alijs artibus, de quibus Cemor ſi prius non ſciat, &

multum

multum bene intelligantur, iam non habebunt rationes cum quibus artem magicam formatur naturaliter, hoc eſt alchimiæ & lapidatiæ, vnde extrahuntur entia & propria inſtrumenta, voluerunt credere, ad minus nõ condemnent eam, & non peccabunt in illo, nec oppoſitæ rationes extraneæ eſſent vel dent in illo, quia neſciunt: multa verba vidi quod parum aſſimilabatur ſicut pomum cum melone. Fili plures rationes potès extrahere hic à ſuo capite contra veritatẽ niſi hallucinentur: quia per rationes diuerſas, quamuis appareant verè ſed per directas cauſas regitur abſq; tranſitu terminũ illius latitudinis, & qui illa expedit exit ſuam rationẽ, & proprias ſuas cauſas. Verũ dabimus vnum exemplũ, quod nobis aduenit: fili credere non potuimus ab aliquo artẽ alchimiæ, quia totum non eſſet factum per ſophiſticationẽ, & non virtutem proprietatis quæ data eſt materiæ, videnos reprobauimus vnum inter alios qui ibat per mundum multis rationibus per oppoſitionem: ſed qui citò ſentijt, quia noſtræ rationes non tangebant factum propriæ radicis quam natura requirit, cito oppoſuit, quia cùm eſſemus extra res quæ ſunt infra latitudinem dictæ naturæ, vt perquirerent tantum per vnã guttam aquę extrahere ſcirent ad extinguendum ſitim, quæ ita fortiter nos caſſabat: Sed illud quod nobis dixit credens, quia faciemus ad extrahendum quod ſuum erat, quia nos non faciebamus niſi ad expiandum veritatem facti. Quare contra ſuũ dictũ minus aut cum toto poſſe ſuo, cum rationibus & cauſis quæ ſunt à natura non tibi monſtrare. Tunc ipſe incipit intrare in partem dictæ naturæ, allegans rationes quæ tangebant profundè aut circulos perfectiuos, qui ſunt in termino & in latitudine dictæ partis, vnde nos tam cito accepimus arma pro opponendo contra eum, quando vidimus claritatem ſui facti quam nos transformamus per humanas rationes in tenebroſitate tantum: Quia ipſe neſcit quid dicere de ſua clara ſcientia, quouſque per experientiam nobis percludit roſtrum, ſine aliquo verbo per contra ſcientiam quæ clara meretur cum ſua proprietate, melius aurum fecit de plumbo quam exeat de minera in ſua tota virtute, prout & poſt probaui-

mus in deſerto montiſcoreti, quod durat bene per ſeptem lucas. Quapropter Si velis intendere proprietatem ſcientiæ, ſine aliqua ſophiſticatione intellige ſua inſtrumenta per quæ reformantur, nec vnde poſſunt exire, quoniam ab vna formatur alia.

De aquis per quas conformatur ars alchimiæ & lapidis. CAP. XXVIII.

Fili duę aquæ extractæ fuerunt ab vna parte naturæ, per quas conformantur alchimiæ: vna facit lapidem volatilem cum modo, & illa fixat eam cum voluntate operatoris, & ibi natura operatur prout clarè conſtat per repertorium quem compoſuimus pro complendo totam artem, & conformatur tota lapidaria per duas ſimiles aquas factas per alchimiã. Sed ſunt alterius naturæ quamuis quod de materia in aliquo non ſint diſcrepantes ſuo principio, vt monſtratum in primo tractatu.

De virtutibus fixis per quas fiunt mineralia in arte magica. CAP. XXIX.

Simili modo ars magica continet ſua inſtrumenta, in quibus ſunt virtutes fixæ naturaliter, quæ faciunt per earum potentiam fieri multa mirabilia ex poſt introductæ in proprijs retinaculis per artem abſque prætenditio cauſæ quæ dicitur communis, de ſimplici natura ſtante in elementis ſimplicibus & compoſitis. Vnde ſi vis ſcire quomodo in arte magica columnæ dicantur ſeu dicuntur ſuper quas fundatur, prout inuentis in ſupradicto libro totius artis magicæ, quæ fuit intellecta per bonos ſolum & per intelligentes, qui de inſpirando non ceſſant in diuinis, & totum hoc clarè notatur in libro ſupra allegato, vbi videbis mirabilia cùm videbis fieri de facto, & habes te cuſtodire à mundo qui non valeat te confundere propter inuidiam, & renuntiaras illud totum eſſentialiter extra tuam gentem, vade ad dictum conuentum, quoniam nunc non tibi dicimus plus.

De com-

De compoſitione lapidis qui dicitur balaginis. CAP. XXX.

Fili balaginis generatur per artem duarum naturarum aquaticarum, ſcilicet de aqua aërea argenti, & de aqua aërea auri inſimul mixtis & poſitis in modulo ſe indurantibus virtute aquæ argenti terreſtri mixtæ per æqualem partem cum aqua terreſtri auri, faciendo vniformiter per modum ſuperius deſcriptum.

De compoſitione lapidis qui vocatur Lauandina. CAP. XXXI.

Natura Lauandinæ eſt de argento viuo terreo, & eſt in colore rubeo multum reſplendenti ratione naturæ ſulphuris, portatæ in naturam aëris igmentis & vincentis naturam argenti viui. Et quando ſua natura appropriatur aëri quem nos vocamus æther, ideo reſpuunt fluxum ſanguinis cum augmentatione ipſius.

Ergo ſi dictum lapidem velis componere, accipe de aqua ferri aërea, & imple ſuum modulum cera, & ipſum indura in aqua terreſtri, ipſemet ferri & per informationes quas ſuperius dicimus.

De compoſitione berili. CAP. XXXII.

Compoſitio berili eſt vt ſit de ſubſtantijs duorum argentorum viuorum, formatum & coagulatum virtute, cuius alterius imperfectum berilum vna ſubſtantia eſt de argento aëreo, altera de fino ſtagno lucenti, portate in natura aëris. Accipe ergo de aqua aëris argenti, & de aqua aërea ſtagni, & miſceantur per æquales partes, & de iſta imple modulum, & coagula per indurationem informationem cognita cum aqua terreſtri cupri, virtus huius lapidis extenditur contra periculum cuiuslibet inimici, & contra omnia litigia mundana, & dat victoriam portanti ipſum, & ſubtiliat ingenium hominis ipſum portantis, & reddit eum virtuoſum. Nos cum iſto lapide per virtutem infuſam in ſuam naturam ſanauimus multas gentes ab infirmitate epactis & oculorum multum humidorum, & ab impedimento pulmonis cum aqua accepta in potatione, in qua lapis erat mundificatus, & in ipſa per duos dies naturales infra vnam

ampullam clauſam cum cera calida ſuper calidos cineres. Per dictum terminum iſtam aquam potes cuſtodire ſemper Deo gratias.

Nota. *Hæc quidem ex manuſcripto libro de verbo ad verbum deſcripta ſunt. Quæ etiam tibi, benevole lector, propter incongruitatem verborum, hoc modo conſideranda proponimus.*

Explicit practica de lapidibus pretioſis ſecundum Raymundum Lullium ſcripta die 8. menſis Octobr. per Ioan. Miletum pharmacopolam Claudianum.

1553

ALBER.

ALBERTI MAGNI SECRETORVM TRACTATUS incipit.

ET vt intelligere poſſis artem maiorem veram, ſcil. intentionem noſtram, volumus oſtendere in qua hora & in quo die debet eſſe inceptio huius noſtri operis. Dicimus autem quòd ſi aliter feceris, pro certo errabis, & ſi feceris ſecundùm quòd nos præcipimus, pro arte videbis veram artem & verum magiſterium.

Dicimus igitur quòd accipiatur lapis philoſophicus cum tota ſua ſubſtantia, & quòd eligatur ex ipſo lapide puriſſima atque ſubtiliſſima ſubſtantia, & ponatur in vaſe philoſophico, & ſigillatur os vaſis ſigillo Hermetis, & ponatur in furno ipſius in occaſu Solis. Hoc autem totum in die lunæ ſit factum, & incipiatur opus à medietate Decembris vſque ad medietatem Ianuarij, ſub ſigno Capricorni: tunc accendatur ignis philoſophicus, & regatur opus more philoſophico per totum ſignum, & fac quòd in dicto ſigno tota materia quæ volatilis erat, ſit fixa.

Poſtea intrabis in ſigno aquarij: & oportet te in dicto ſigno regere materiam noſtram, ita quòd eleuetur, & volatilis figatur, ita quòd per totum ſignum tota materia ſit fixa, quòd nihil eleuetur, deinde intrabis in ſigno piſcium, & iterum cum dicto ſigno oportet materiam volatilem facere, & iterum, per totum ſignum dictam materiam fixare. Poſtea intrabis in ſigno arietis: & oportet vt de neceſſitate cum prædicto ſigno prædictum lapidem volatilem facias, & per totum ſignum figatur, ita quòd nihil aſcendat. Hoc facto intrabis in ſigno tauri, & cum dicto ſigno fac lapidem aſcendere, ita quòd volatilis fiat. Poſtea fac quòd per totum ſi-

gnum figatur, & ſic prætioſiſſimam terram lapidis ſufficienter adminiſtrando feciſtis.

Deinde verò intrabis in ſigno geminorum, & iterum oportet tē lapidem volatilem facere cum ingenio, vt cum dicto ſigno & non cum alio dictam materiam aſcēdere facias: poſtea fige, ita quòd per totum ſignum figatur. Hoc autem facto intrabis in cancro, & omnino oportet vt cum dicto ſigno etiam magna cautela lapis eleuetur, quòd eleuari poteſt, poſtea figetur, donec in ignis aſperitate quieſcat: hoc autem fac per totum ſignum, & cùm factum fuerit, lauda Deum ſuper hoc quod tribuit tibi Deus, quia hic eſt lapis philoſophicus, non ex toto completus, ſed in maiori parte, qui ducit ad perfectionem omnia corpora imperfecta & coagulat argentum viuum in ſolem & lunam ſecundum id ad quod medicina fuerit præparata.

Hic eſt lapis philoſophicus ſepties cribratus, ſeptiès eleuatus, id eſt, ſublimatus, ſepties diſtillatus, ſeptiès ſolutus, ſepties fixus.

O benedictus lapis, & benedicta tua opera, quòd de imperfecto facis perfectum, & ſeruo fugitiuo facis fixum. Benedictus ſit Ieſus Chriſtus creator omnium rerum, quia ipſe cui vult, largitur, & ſubtrahit, ipſe dat omne bonum, & fugere facit omne malum, quia omne bonum deſcendit ab ipſo, & nullum malum in ipſo eſt, nec eſſe poteſt. Quem fili doctrinæ oportet te laudare Dominum noſtrum Ieſum Chriſtum, euitare omne malum, & ſequi omne bonum: & quia Deus eſt veritatis, oportet te ſequi veritatem, & ſic Dominus noſter Ieſus Chriſtus diliget te, & animam tuam. Aliter non ſis deceptor gentium: quia qui decipit fratrem ſuum, decipit animam ſuam, & corpus ſuū, & amittet Deum & mundum. Similiter caue ne in rebus ſophiſticis cor tuum mittas, quia nullum proficuum in illis inuenies, ſed potius damnum & famam malam, & in miſeriam, & paupertatem deducent te, quia non inuenitur in re quod in ea non eſt, quia illa eſt ſumma ſophiſtica, quæ vocatur primus ordo ſecundum Ieberem, & non fuit facta niſi vt perfecta ſcientia eſſet magis obſcura, quia multi ſunt in mundo capientes plus vnam dealbationem vel rubi-

ubificationem ſophiſticam quàm opus perfectum, & oc totum propter longitudinem temporis: & quia vi-etur iſtis deceptoribus euntibus per vniuerſum mundum, in paucis diebus poſſe dealbare venerem, & rubificare lunam, propter magnam cupiditatem quam habent, & inſtigationem diabolicam, veram ſcientiam & perfectionem dimittunt, & quia cùm imperfectam oportet omnino corrumpi, ideo dices quòd omnes illas ſophiſticationes oportet corrumpi, & dicimus qđ ſicut citò perficitur, ita citò corrumpitur, & hoc totum eſt certum. Quare rogamus ac etiam præcipimus, vt nullus ſapiens in rebus ſophiſticis ponat ſuam intentionem, ſed ſicut nos fecimus, ita etiam & vos facite.

Fili ergo doctrinæ vobis ſcire facio, quòd non poteſtis ad veritatem peruenire abſque prolixo animo & regimine continuo. Qui ergo libenter patientia fuerit ſcriptus, in hac diſpoſitione ingrediatur in eam, qui verò citiùs cupit perficere libros noſtros, non inſpiciat tales, inferunt iniuriam.

Fuerunt multi Philoſophi dicentes, quòd erat res viliſſima, ſed ſalua eorum reducentia iuro vobis, per creatorem Deum, qui cuncta creauit, quòd hoc quod quæritis non eſt parui precij. Heu vobis, qui quæritis theſaurum Dei maximum remuneratorem, intelligite dicta philoſophica, & qualiter opus diuiſit cùm dicit, tere, coque & reitera, & non tædeat te: in hoc enim opus diuiſit commiſceere, coquere, ſublimare, aſſare, calefacere, & dealbare, tere quod eſt intus emittere foras, & quod eſt foris mittere intus. Hæc igitur plura nomina ſunt, quorũ vnum eſt in regimine vnum, quia nihil aliud eſt niſi coquere, & terere quouſque puluis fiat. Vnde notifico tibi, q̃ non ſimilis nõ in initio coquendi abſque manu contritione, donec omnis aqua fiant, nondum opus inueniſti. Vnde iterum notifico vobis prætioſiſſimum aurum ſtudentibus, ne fatigent in vanum, quòd hoc magiſterium nihil aliud eſt quàm coquere argentum viuum & ſulphur, donec vnum fiant, argentum viuum defendit ſulphur à combuſtione, ſi fuerit vas bene clauſum, ita quòd argẽtum viuum non poſcit euaneſcere, numquam ſulphur poteſt comburi,

nec deuaſtari, quia argentum viuum eſt aqua noſtra: & videmus experientiam in aqua communi, quòd illud quod cum ea coquitur, nunquã comburitur, quandiu ipſa eſt, quantumcunque ignis ſit fortis, & quando aqua conſumpta eſt, hoc, quod eſt in vaſe, comburitur, ideo Philoſophi iuſſerunt claudere vas, vt aqua benedicta exhalare non poſſit, & defendet à combuſtione hoc quod in vaſe eſt. Aqua verò cum illis rebus poſita, prohibet, ne ignis flamma comburat, & factæ ſunt illæ res quantò magis ignis flammas occuparet, tantò magis in aquæ intimis conuertuntur, ne ignis calore lædetur: aqua verò in ventre ſuo recipit eas, originis flammam ab eis repellit.

Iubeo autem omnibus in principio ignem facere leuem, donec facta ſit patientia inter aquam & ignem. Et poſtquam videris aquam fixam ſine aliqua aſcenſione, non cures qualis ſit ignis, ſed bonũ eſt regere cum patientia, donec corpus & ſpiritus vnum fiant, ita quòd corpora fiant incorporea, & incorporea verò corporea. Tandem autem loquamur de medijs, & complebimus in eis totam iſtius ſcientiæ de mineralibus intentionem.

Et quia verè ſcimus quòd non eſt tranſitus de extremo ad extremum, niſi per medium tenuêre beati. Igitur chariſſime tibi ac etiam omnibus intelligentibus demonſtraui veriſſimam artem. Amplius tibi dico, quòd nullo modo inuenire potuimus, nec Philoſophi ſimiliter inuenire potuerunt, aliquam rem perſeuerantem in ignem, niſi ſolam vnctuoſam humiditatem, aquam quam vidimus de facili euaporare, & aridam remanere. Ideo ſeparantur, quia non ſunt naturales: ſi autem humiditates eas conſideremus, quæ de facili ſeparantur ab ijs, quæ ſunt naturales, non inuenimus aliquas niſi vnctuoſas: quia ſicut in libro metallorum determinatur, harum partes coniunguntur ſicut catenæ, & vna earum ex illis de facili euelli non poteſt. Ideo autem eſt fermentum in omnibus. Signum autem eius eſt, quòd videmus in arte alchimiæ fieri quæ inter omnes alias artes maximè naturam imitantur, quare omnibus ſapientibus notifico, quòd de nulla re in mundo, nec vllo mo-

vllo modo eſt poſſibile fieri melius citrinum elixir, quàm per ſulphur philoſophicum. In ipſo aũt videmus vnctuoſam perfectam, non cremabilem, & ideo per ipſum quando eſt præparatum vt oportet omnia corpora quæ tangit ad veriſſimum ſolis vel lunæ complementum tranſmutatur.

Fili ergo doctrinam perquirite & hoc excellentiſſimũ Dei donum vobis inuenietis Benedictus ſit Ieſus Chriſtus, qui cum Deo patre, & cum Spiritu ſancto viuit & regnat Deus in ſecula ſeculorum, Amen.

Nunc autem videndum eſt de anima ſi debet comburi: fili doctrinæ neceſſe eſt, vt animæ ex ſuis corporibus patiantur, & hæc combuſtio fit poſt mortificationem. Ideo oportet totum comburi & mortificari, eo quòd aqua non rubet, niſi poſt mortificationem. Dealbatio autẽ non fit, niſi combuſtione facta, vnumquodque eorum primò dealbabitur, poſtea rubet, hoc autem totum per beneficium aquæ procedit. Aqua eſt illa res quæ dealbat, & rubeum facit. Aqua eſt quæ occidit, & viuere facit. Aqua eſt quæ diſſoluit & congelat. Aqua eſt quæ putrefacit & poſtea facit germinare diuiſas & nouas res.

Vnde fili moneo te, vt totum intentum ſit in decoctione aquæ, & ne tædeat te ſi vis habere fructum, & ne cures de alijs rebus vanis, niſi de ſola aqua, coque ipſam paulatim putrefaciendo, donec mutetur de colore in colorem perfectum: & caue quòd in principio non comburas ſuos flores, nec ſuam viriditatem, & noli citò perficere opus tuum, & caue quòd ianua ſit bene & firmiter clauſa, vt ille qui eſt intus, euadere non poſſit, & ita Deo cõcedente venies ad effectum, & ſcias quòd ſoluere, calcinare, ſublimare, dealbare, coagulare, humectare, abluere, coquere, fixare, torrere, & deſiccare vnum ſunt S. animam à corpore extrahere denotatur. Et ita illud vnum eſt ſpiritus & corpus, & non eſt aliud niſi quòd ſigna ſunt perfectionis S. humectare, rigare, abluere, imbibere, miſcere. cuſtodire à combuſtione, corrumpere & putrefacere vnum ſunt, quia ſignificant opinionem bonam, ita quòd ignis ſit ſuauis à principio: hoc autem poteſt dici animæ à corpore extra-

ctio, & iterum ſuper ipſum diuiſio, donec tota extrahat in quarta elementorum combuſtione, & ſic quod eſt ſuperius facit quod eſt inferius, & ſic duo lumina ſunt S. ſuperius & inferius, & vnum acceptum in hoc opere dico iungit. S. duo lumina, quæ ſunt fixum, & non fixum, tamen non fixum cum fixo figitur, & tunc vna lux oritur, cuius non eſt ſimilis lux in mundo.

Itaque ſunt vnum à principio & in fine vnum, id eſt, ad vnum reuertitur. Quare Philoſophus. Conuerte elementa, & inuenies quod quæris: conuertere elementa eſt facere humidum ſiccum, & figere fixum, & attenuatur ſpiſſum, & rarum tingens remanet: quia elementorum mors & vita fugiunt compoſitum germinat ſeipſum, quia vnum diruit, & vnum confortat aliud, donec ipſum contra ignem præliatur, cui poteſt totius humore reſiduum miſcere, & tunc eius rubor exaltabitur, elementa autem igne diligenter certè lætantur, & in alienas vertuntur, eò quòd liquefactum, quod eſt caput, fit non liquefactum, humidum non ſiccum, & ſpiſſum corpus ſpiritus, & ſpiritus fugiens facit contra ignis pugnam.

Cum autem quatuor elementa bene miſcentur, conueniunt & creantur vnde exeunt: quia nunquam perficiuntur, niſi poſt mortem diuidantur & putrefiant & corrumpatur apud viſum, deinde peragit Deus ſuam creaturam per incrementum cibum in gubernatione. Antiqui Philoſophi docuerunt coquere aquam permanentem, donec inſpiſſaretur cum ſuo corpore: coque ipſam cum anima, tere ipſam, coque, & reitera donec ſpiritus coniungantur cum ſuo corpore & vnum fiant, & ſic habebis intentum.

Scitote quòd ſolis flos eſt lapis de lapide: aſſate ergo ipſum per dies, donec fiat materia pura corruſcans. Et cùm ita fuerit, maximum erit ſecretum, quòniam lapis lapidi iunctus eſt, & factus eſt vnum matrimoniũ propter propinquitatem inter ſe, coquite, aſſate, & coagulate, donec inſpiſſetur, & non liquefiat niſi in igne fortiori ſuo igne priori: & os vaſis ſigillate, niſi flos fugiet, quia totum magiſterium corrumperetur.

Et ſcias fili chariſſime, quòd intentio noſtra eſt, quòd ignem

ignem facias leuem in principio, poſtea augmenta ipſum, vt quod fixum eſt, volatile facias, & volatile fixum, & ſic augmentando donec compleas opus tuum. Item æs noſtrum cùm plus decoquitur, tantò magis inſpiſſatur, quem tunc Philoſophi nuncupant lapidem cum metallo imminentem. Poſtea frangere imbuitur, ac in igne intenſiore priore quouſque coloretur, & fiat combuſtio ſimilis ſanguini ad latorem vaſis, leo autem viridis ſemper in medio manet, quouſque ex toto interficiatur, tunc imminens impoſitum tange eos iuuamine Dei. Item niſi ſcieris ipſos regere colores, quos videbis, tempus perditur: Vidi namque quòd qui hoc nimis cupit opus, eo veritatem vertat, operatus eſt rubore, aut aliquantulum moratur, putat ſe erraſſe, & dimittit opus, & ſic materiam perfectam videre non potuit.

Quare fili inſpice, qualiter facias, quoniam in principio ſi poſt nigredinem rubeum tibi inueniretur, propter hoc non cures, ſed quod ſit bene ſigillatum, nec aliquid euaneſcat: quia ſunt ibi fumi ſubtiliſſimi. Quare oportet de neceſſitate, quòd ad ſuam perueniat materiam, coque tandiu quòd ſpiritus & corpus ſimul & ſemel iungantur & vnum fiant, quia poſtquam ſpiritus non poteſt exhalare, oportet quod fixetur & cum ſuo corpore vniatur, quia natura gaudet & lętatur, ita quòd nil plus indiges, niſi coquere materiam noſtram, hoc eſt, argentum viuum occidentale, quod prætulit ſe auro, & vincit illud quod occidit viuere facit, quia pater omniũ mineralium. Propter hoc dicit Morienus, quòd nunquam fuit aliquid animatum eductum neque creſcens, niſi poſt putredinem, & ſui mutationem, quoniam ſi putridum non fuerit, fundi aut diſſolui non poterit, & ſi ſolutum non fuerit ad nihilum reuertitur, oportet primò putrefacere, ſecundò diſſoluere, terùò abluere, & ecce totum magiſterium, & ſcias quòd abluere, eſt principium medium & finis huiuſmodi operis. Aqua noſtra abluit ſordes de terra, & ſol eſt adiutor noſter, paulatim cum iſtis mundabis omnem obſcuritatem, quoniam aqua noſtra abluit ſeipſam, & corpus ſuum: nam corpus ſeparatum ab anima, tunc tenebroſum, ſi animam ſuam ei reddideris, formoſius

apparebit corpus noſtrum eſt terra noſtra, & anima noſtra eſt aqua noſtra, hoc autem nihil aliud eſt, niſi extractio aquę ex terra, & ipſam reducere ſuper terram, hæc terra cum aqua primò putreſcit, poſtea mundificatur & nutritur: nam omnes res aquam appetunt, quoniam alimentum præſtat, & digna adminiſtratione complebitur arcanum. Item ſcias quòd tres ſunt perfecti colores ex quibus omnes alij ſumunt principium: primus eſt niger, ſecundus albus, tertius rubeus. Multi ſunt alij colores, qui omnes ex illis generantur, quia citrinus & glaucus ex albo & rubeo naſcuntur, nam citrinitas & glaucitas nihil aliud eſt niſi albus & rubeus, pro tertia albi & nigri proportione debitâ generatur viridis, violaceus & camelinus à nigro, albo, & rubeo ſimul coniunctis proportione debita ſecundum magis & minus procreantur: & ſic de alijs.

Itaque omnes alij colores qui non ſunt perfecti, per aquam perficiuntur & mundificantur. Vide fili doctrinæ, quòd cùm in opere fueris, fac vt habeas primò colorem magnum, quia eris certus quod ſic putrefacis, & viam arctam incedis: ſi autem laboraueris ſine putrefactione, videbis oleum rubicundum quaſi fruſtra ſuperiùs natare, & hoc eſt ſignum quòd in vanum laboras.

Si autem cum putrefactione ſolueris materiam noſtram, videbis ipſam primò nigram, poſtea viridem, deinde croceam & rubicundam, multiplicesque colores qui fuerint reſoluti, tunc extrahitur perfectum nigrum, hoc autem totum per veram decoctionem perficitur. O vera & benedicta eſt tua operatio, quia de imperfecto facis perfectum vera putrefactione, quia eſt nigra & obſcura. Poſtea facis generare nouas res cum ſua viriditate, & facis diuerſos colores apparere, & ſine illa præcioſiſſima viriditate nullus fructus poteſt germinare, vel germinando apparere, & hoc totum eſt verum.

Quare fili doctrinæ moneo te, vt totus intellectus tuus ſit in rebus viridibus decoquendis ſi vis habere fructum, coque, tere & reitera, & non tædeat te, quòd opus tuum ſit longum, quia ſe ipſum diſſoluit & coagulat ſeipſum, albeſcit, & rubeum decorat ſe ipſum

croccum

croceum facit & nigrum. Præterea ſeipſum diſpenſat, à ſe ipſo etiam concipit, quia ibi eſt maſculus, & ibi eſt fœmina. Similiter ibi eſt frigus, eſt ignis, humor, id eſt, aër, ſiccitas, id eſt, terra, & ſimul ſunt ibi diuerſi colores.

Propter hoc Philoſophi ei diuerſa nomina impoſuerunt: quia aqua eſt clara, lucida, ignis verò rubeus, lucidus, aër quoque albus, lucidus, terra nigra, fœtulenta, obſcura, donec fiat clara, lucida, alba vt nix: hoc autem per beneficium aquæ perficitur, vt ait Philoſophus, Aqua noſtra abluit ſordes de terra, &c.

Quod autem dictum eſt, cum aqua noſtra poſſumus abluere, hoc autem ſignificat coquere, & idem cum aqua terere: & ibi iacet totum arcanum. Quare oportet vt humiditas coquatur, quouſque areſcat & deſiccetur, deinde aqua teratur ſublimata, & iterum teratur donec areſcat iterum, & hoc per vices iteretur, donec vel quouſque Deo fauente, candidetur. Et nota quòd ſublimatio, ſolutio, diſtillatio, congelatio, deſcenſio, coagulatio, & fixio omnes in vna ſola operatione perficiuntur: nec intelligit Philoſophus in diſſolutione, & coagulatione aliquid acquirere vel perdere, ſed ſolum intelligit diſſolutionem fieri ſine corporis acquiſitione, & congelationem fieri ſine corporis deperditione, quod verum eſt.

Igitur totum magiſterium nil aliud eſt, niſi facere rectam ſolutionem & perfectam congelationem ſine aliqua diminutione, & nil plus queras, & habebis: & ſcias quòd ſpecies non mutantur in ſpeciem, ſed in diuidua ſpecierum, vt ad primam materiam reducatur. Opus Philoſophorum nil aliud eſt, niſi diſſoluere lapidem in argentum viuum noſtrum, vt forma ad primam materiam reducatur, quæ quidem materia prima eſt argentum viuum, cùm ipſum ſit elementum omnium conuertibilium. Tunc enim in aliam formam quàm prius erat bene tranſmutatur, non quidem ſpecies ſed in diuidua ſpecierum, quoniam ipſa indiuidua actionibus ſenſibilibus ſunt ſubiecta, eò quod in ſe ſunt conuertibilia. Spiritus cùm ſint vniuerſales, actionibus ſenſibilibus non ſunt ſubiecti, & ideo in ſe non ſunt conuertibiles, ſpiritus verò argenti viui non permutatur in ſpe-

cies auri, nec è conuerſo: Quia natura permutari non poteſt, ſed indiuidua ſpecierum bene, cùm in ſuam primam materiam reducantur, vt dictum eſt, quia cùm forma iſtius indiuidui ſit corrupta, & in primam materiam reſoluta, bene etiam neceſſariò introducitur alia forma, quia corruptio vnius, eſt generatio alterius.

Accipe lapidem noſtrum, primò diſſolue, ſecundò diſtilla, tertiò ſublima, quartò incera, quintò fac deſcendere, ſextò calcina, ſeptimò fixa, ecce totum arcanum, & totum quod diximus non eſt aliud, niſi ſoluere, & congelare, & fixare, & fixum volatile facere, donec fluat & alteret in complemento lunifico vel ſolifico certo exreiteratione.

Igitur in præparatione medicinæ reſultat bonitas, & alterationis multiplicatio ex diuerſitate: verbi gratia, iteratio operis ſuper lapidem in gradibus ſuis reſultat, multiplicatio bonitatis & alterationis diuerſitas, vt ex medicinis quibuſdam ſui duplum, quædam verò decuplum, quædam verò ſeptuplum, centuplum, millecuplum, infinitum ſolificum in veriſſimum perfectionis beneficium tranſmutatur corpus. De fixatione vltima dico & iubeo. Accipe occultum arcanum quod eſt æs noſtrum, & laua quod ſit purum & mundum: Deinde pone in vaſe noſtro cum ſigillo philoſophico ad ignem noſtrum. Ora Dominum noſtrum Ieſum Chriſtum, vt hunc maximum videre lapidem concedat tibi, & reſpice ſi factus eſt niger, optimè feciſti, poſtea videbis quomodo albeſcit vel rubeſcit, minùs quàm tribus horis penetrabit fumus in corpus, & erit ſicut lac incerans, liqueſcens, penetrans ad modum aquæ fixæ ſuper ignem pugnando, & tunc opus erit completum, & laus Deum.

Explicit Alberti Magni ſecretorum tractatio.

INCIPIT QVÆDAM ABBREVIATIO DE SECRETIS ſecretorum Iohannis Pauperum.

ROGO æternum Deum, qui cuncta ex nihilo creauit, quòd quælibet perſona, cui aduenerit in manibus ita alta ſcientia, quæ ſecreta ſecretorum dicitur, adoperetur eam omnimodè in bonum, & in ſeruitio Dei. Itaque ſubueniat pauperibus, egentibus & in neceſſitate poſitis, & faciat bonum Eccleſijs & miſerabilibus perſonis, & ideo quæcunque perſona contra fecerit, rogo ſublimem & omnipotentem, & æternum Deum, quòd huiuſmodi donum & gratiam nunquam poſſit ſibi concedere, imò poſſit omnem viam bonam ab ea elongare: & quicunque habuerit commodè bonam intentionem, quod ipſe Deus per ſuam clementiam, & miſericordiam poſſit ſibi concedere huiuſmodi donum & gratiam. Et propter hoc fili mi habeas menti iſta verba, & ſint tibi ſecreta, & primum quòd tu debes facere eſt ſeruire Deo omnipotenti, & adhærere voluntati ſuæ, & confiteri, & ſtare in ieiunijs, & in bonis orationibus, & facere celebrari, & dare elemoſynas pauperibus, vt ipſe Deus per ſuam diuinam gratiam & miſericordiam moueatur ad pietatem, ad faciendum tibi huiuſmodi donum.

Fili habeas memoria de quocunque tibi ſcribo, ita quòd huiuſmodi doctrinas debeas accipere, quia multæ ſunt viæ inuentæ & factæ per magnos Philoſophos, & multæ ſunt menſuræ & viæ, quas ipſi adinuenerunt ſecundum magis & minus, ſicut etiam ipſi habuerunt magis & minus clarum intellectum, & vnus magis altero, & ideo inter Philoſophos ſunt variæ opiniones,

& variæ menſuræ rerum, ac corporum mineralium, & ideo vnus vadit per vnam viam, & alter per aliam, & propter hoc menſes hominum remanent obfuſcatæ & obſcuræ, ita quòd non poſſunt diſcernere verum à falſo. Multi enim ſunt illi qui experti fuerunt per diuerſos modos & non potuerũt inuenire viam iuſtam & ſuum fundamentum.

Fili mi dulciſſime, via, veritas eſt iſta rerum mineralium, & menſurarum, quibus mediantibus fit totum, & quibus rebus mineralibus extrahitur oleum ſiue aqua quod vel quas vocant Philoſophi aquam benedictam, vel aquam perpetuam, ſeu oleum noſtrum, quodoleum, ſiue aqua fit ex diuerſis menſuris. Prima eſt, R. libram vnam vitrioli romani, ſalis gemmæ ℥ ix. cinaprij ℥ iij. Secunda menſura eſt: Recipe lib. ij. vitrioli romani, ſalis nitri lib. j. Tertia menſura eſt: Recipe libr. j. vitrioli romani, ſalis nitri lib. j. cinaprij ℥ vj.

Quarta menſura fili dulciſſime eſt iſta, & perfectior ea in mundo non poteſt inueniri, per quam poteris peruenire ad omnem perfectionem tui deſiderij, quæ eſt corona omnium aliarum aquarum & menſurarum. Ordo ſuus eſt iſte: Accipe lib. ij. vitrioli romani, quod ſit bene azuri, ita quòd multum habeat de colore azurino, & quòd retineat de minera nitri. Item libram v. nam ſalis nitri bene albi, & quod non crepitet in igne, ſed ſine crepitatione ardeat, & cinaprij ℥ vj. Item Recipe ſalis armoniaci ℥ ij. quod ſal armoniacum debet primo iſto modo parari: Recipe dictum ſal, & ponas in aqua, & facias tantum bullire lento igne, quouſque aqua & ſal in olla deſiccetur, & quando totum fuerit deſiccatum, eleua ab igne, & ponas in cineribus calidis vel in loco calido, quouſque nulla humiditas in eo remaneat, poſtea tritura: demum ſal coagulatum in lapide porfirio & permitte ſtare, donec fiat aqua, ex eo collige aquam & reſerua vſque ad tempus.

Fili aliæ verò res minerales ſic debent præparari antequam de eis fiat aqua.

Accipe fili mi vitrioli ſupradicti lib. ij. cum dimidia, & tritura multum bene, ita quòd tranſeant per ſedacium bene ſtrictum, ita quòd ſit puluis ſubtiliſſimus, & minu-

& minutiſſimus, & talem pulueremponas in olla noua, & eam cohoperi cohoperitorio ſuo bene ſigillando & lutando, & ponas eam de ſero in furno panis poſt extractionem panis, & permittas ſtare per totam noctem in furno, & de mane recipe dictam ollam de furno, & inuenies vitriolum purgatum ab omni humiditate & aquoſitate, & eſt coloris crocei.

Sal verò nitrum ſic debet præparari: Recipe ipſum ſal, & ponas eum in olla vitreata, quæ ſit capax trium petitorum aquæ, & ſal nitrum debet eſſe libra vna, & vnciæ ſex, & fac bullire tantùm, donec aqua conſumetur vſque ad medietatem. Poſtea cola totum per colatorium in corua cohoperta panno ad hoc vt dictum ſal veniat bene album, & magis purificatum, & antequam frigeſcat aqua, proijce intus modicum de paleis, & inuenies ſal poſt frigefactionem in caminis & in fruſtis longis mundis ſorditate & infectione, poſtea deſicca ipſum in ſole vel in cineribus calidis, ita & taliter quòd non remaneat in eo humiditas.

Accipe ergo fili vitriolum, quem præparaſti, & de eo recipe libras duas, & tritura & cribra ſubtiliſſimè, ita quòd habeas pallium ſubtiliſſimum. Item recipe ſalis nitri ſuperiùs præparati libram vnam, & tritura ſubtiliſſimè vt ſupra. Item recipe cinaprij vncias ſex, tritura ſubtiliſſimè vt ſuprà. Poſtea recipe omnes ſupradictas pulueres, ſcilicet vitrioli, ſalis nitri, cinaprij ſecundi, pondera ſupradicta, & miſce omnes res, & pulueres ſimul cum aqua ſalis armoniaci ſuperius ſcripti, & pone & mitte in botia, & cooperi cum capello bene ſigillando, & pone ad diſtillandum vt ſcis.

Dilectiſſime fili habeas mentem, & de hoc credo te ſapientem, quòd poſtquam miſeris mineras & res ſupradictas in tuo vaſe, & poſueris vas in furnello ad diſtillandum, optando priùs benè vt ſcis, quòd habeas tria receptacula, & appone primum ligando, & ſigillando bene cum roſtro capelli, ita quòd non valeat reſpirare, dabisque ignem lentum, continuando ignem vniformiter quouſque habeas tres vncias aquæ. Quo facto eleua primum receptaculum, & appone ſe-

cundum ſigillando bene cum roſtro capelli, ita quòd non poſſit reſpirare, & augmenta ignem aliquantulum & continua, & continua ipſum quouſque videbis capellum bene rubificatum. Quo viſo eleua ſecundum receptaculum, & tunc appone ſubitò tertium, quod ſit bene groſſum & firmum de nouo vitro factum, quia ſi eſſet de vitro recocto, poſſet frangi faciliter ad hoc vt poſſit ſuſtinere animam, quam aliqui Philoſophi vocant ignem, & iunge ipſum bene cum roſtro capelli, ita & taliter quòd nullo modo poſſit reſpirare, ne ſpiritus euolent, & deperdantur. Et poſtquam obſeruaueris dictum ordinem, tunc augmenta ignem quouſque capellus reuertatur albus: quia dicunt omnes Philoſophi, quòd in iſtis vltimis facibus eſt magna virtus totius aquæ prædictæ.

Fili ſic faciatis in qualibet diſtillatione, ita quòd obſerues pondera, præparationes rerum, & in diſtillando augmentationem, ac gradum ignis, & ſeparationes aquarum, ita quòd ſepares tres aquas. Quarum prima à Philoſophis vocatur aqua, ſecunda aer, tertia verò ignis, quæ eſt vltima quæ exit & diſtillat poſt alembicum, ſeu capelli diſtillationem, & iſta aqua debet conſeruari & reponi cautè ac ſapienter, & iſta eſt de qua debet fieri magna æſtimatio.

Fili ſis memor quòd poſtquam diſtillaueris tria vel quatuor vaſa ſeu vrinalia ſupradictarum mineralium rerum ſecundùm pondera & menſuras ſuperius tibi traditas, conſeruando ſemper vltimas aquas, quæ exeunt poſt alembici rubificationem, qualiter debent apponi aqua ſalis armoniaci: quia ſunt diuerſæ, ac variæ opiniones Philoſophorum. Nam aliqui dicunt quòd prædicta aqua in tali arte & opere non ingreditur.

Alij verò dicunt quòd ſic, ſed diuerſificantur in ponendo. Primi dicunt, vt dictum eſt ſuperius, ſcilicet quòd apponatur miſcendo cum pulueribus rerum mineralium, quando incipis diſtillare.

Alij verò dicunt quòd prima aqua debet miſceri cum ſupradicta aqua minerali, poſtquam ſepties fuerit auctificata.

Alij

Alij verò dicunt & verius, quòd quando tu incipis rectificare aquam mineralem, & quæ exiuit poſt alembici rubificationem, tunc debet apponi prædicta aqua ſalis armoniaci præparati prius, vt dictum eſt. Et licet aliqui Philoſophi dicunt quòd non debet apponi talis aqua, dico quòd ipſi ponunt negatiuam per affirmatiuam, quia illi qui ignorant naturas ſalium, ſunt ſicut illi qui ponunt ſagittam in arcu ſine corda, & bene dico, quod debet apponi in principio, vt vtraq; vaſa ſimul rectificeris.

Fili fac quòd in hoc ſis ſapiens, & cautus, quòd hujuſmodi ſecretum nulli quandoque reueles: quia duo ſecreta & duæ ſunt claues quæ aperiunt & claudunt in tali opere Philoſophico. Prima nanque eſt Aquæ quæ vocatur oleum noſtrum, quia aqua rectificata ſiue recta, & iſta eſt prima clauis ſecundùm quòd ingreditur in ea aqua ſalis armoniaci.

R. ergo fili mi vltimas aquas ſeparatas, & quæ exierunt de tribus vel quatuor vrinalibus, & poſt alembici rubificationem, & pone & mitte in ea ij. vncias aquæ ſalis armoniaci prædicti, & pone omnes prædictas aquas in botia, & in vitro componentur iuxta quantitatem aquæ, & appone capellum congruum, ita quòd bene claudat, & ſigilla, ita & taliter quòd ſpiritus aquę non poſſint euaneſcere, & diſtilla lento igne, addito prius receptaculo bene clauſo cum roſtro alembici: & ignis ſit ita lentus, quòd inter guttam diſtillationis cadendo, tu poſſis dicere 25. verba, & ita continuabis ignem, diſtillationem, & rectificationem. & talem ordinem continuabis ſepties aquam diſtillando & rectificando.

Sed fili nota ſecretum, quod quanto plus rectificaueris, tantò mirabiliora & altiora opera, & in breuiori tempore operaberis, & iſta aqua ſic rectificata vocatur lapis Philoſophorum, & in iſta aqua conſiſtunt omnia ſecreta & magiſteria, & ſine ea non poſſunt homines aliquid facere immò in vanum laborant, & iſta eſt prima clauis.

Inuoco nunc Altam & ſummam potentiam, à qua procedunt omnia bona, & omnes virtutes quæ eſt ipſe

Deus, qui eſt ſummum bonum, & ſumma virtus, vt ipſe donet mihi propter ſuam diuinam gratiam & miſericordiam tantam virtutem, quòd poſſim diſponere & declarare tam altam & magnam ſcientiam.

Secunda clauis huius altiſſimæ partis Philoſophiæ ac ſecreti operis, quæ claudit & aperit iſta: ſed primò fili habeas menti timere Deum omnipotentem, & diſponere te ad faciendum omnem ſuam voluntatem, vt ipſe Deus per ſuam diuinam gratiam conducat te ad portum ſalutis, & quòd peruenias ad huiuſmodi donum & gratiam.

Fili ordo noſter eſt ſecunda clauis, quæ aperit & claudit in iſta arce eſt iſte, in quo tu debes habere magnam aduertentiam.

℞. ergo vnum pondus ſolis, & quod pondus voluceris, & fac ipſum purgari per cementū bis; & nota quòd iſtud eſt ſecretum ſecretorum: & multi in hoc ſunt decepti, quia quantò magis purgaueris corpora, tantò citiùs deuenies ad complementum tui deſiderij, & in hoc multi homines errant, quia hic eſt clauis totius artis, & ita ſcias de luna fili dulciſſime.

℞. igitur de luna partes duas, & intelligas ſapienter, ita quòd ſi ſol eſt vnius vnciæ, lunæ debent eſſe vnciæ duæ, & recipias lunam ſinam, & fac ipſam tranſire per cineritium, id eſt, per capellam, & toties quòd ſit dulcis ſicut plumbum, & ſit pulchra, candida, & ſplendida, ita quòd conferat ſimul cum ſuo maſculo. & libenter amplexetur eã, ita quòd ſic bene purgati, poſſint beneq; coniungi, & facere eorum curſum, & ſic generare ſibi ſimilem in ſpiritu & natura.

Ordo fili generationis, putrefactionis, ac complementi totius perfectionis eſt iſte, & modi ſunt duo ſecundùm quòd Philoſophi ſcribunt. Primus modus eſt quòd metalla laminentur ſubtiliter, & iſte modus mihi videtur melior ſecundùm meam opinionem, & hoc ideo vt noſtra mater non tantum laboret in generando, in qua generatione volunt aliqui quòd admiſceatur argentū viuū bene purgatum & depuratum ab omni ſua immunditia. Ideo quia dicit Philoſophus, quod debet amalgamari cum dictis metallis: & quia Philo-

Philoſophi vocant ipſum argentum viuum menſtruum quod habet coniungere metalla, & facere impregnari, ſicut facit generatio humana. Ad hoc dico ſecundùm opinionem aliorum & veriorem, quod non expedit admiſceri argentum viuum, quia ingreditur noſtram matrem cinaprium, in quo eſt argentum viuum bene purgatum & bene depuratũ: & ordo & modus eſt iſte.

Fili aperias ſenſus tuos ad hoc vt tu non poſſis errare in hoc paſſu. Quando igitur habebis rectificatam aquam tuam & purgata corpora, ita quòd fœmina ſit maior maſculo, & maſculus ſit minor, & reduxeris prędicta corpora in ſubtiliſſimam limaturam, ipſis tamen prius bene purgatis & cementatis ſicut dictum fuit ſuperius & matre noſtra benẽ rectificata. Tunc habes duas claues quæ aperiunt & claudunt in hoc ſecretiſſimo Philoſophorum opere Amen.

His omnibus ſic peractis fili, Accipe ſuum aludel actum pro tali miſterio, & ſit tali modo factum. Sit igitur altitudinis vnius palmi cum dimidio, ſua verò rotunditas ſit palmi dimidij ex luto facta, & intus pone textum terreum, quod ſit formæ ad modũ paraſidis in qua comeditur, vbi poſſint poni cineres, qui cineres debent eſt cribellati, in quibus debet poni ampulla, vbi debet ſtare medicina, id eſt maſculus & fœmina ſimul cum eorum matre quæ mater habebit Euxire ſuum filium.

In iſto Aludel ſupradicto debent fieri duo vel tria foramina, per quæ poſſit vapor ignis reſpirare, quia niſi eſſent lumen quod fieret intus nõ poſſet reſpirare ſcil. in dicto aludel.

Fili dulciſſime, nunc ponam tibi ordinem compoſitionum ſecundum quòd tibi ſcribo. Recipe igitur tua metalla bene purgata, ac ſubtiliſſimè limata, & pone in ampulla, quæ ſit iſtius menſuræ, ita quòd habeat collũ longum ac gracilẽ vnius palmi & quatuor digitorum, ad hoc vt ſpiritus non poſſint euolare: & poſtquã miſeris intus maſculũ, & fœminã, tunc ſuperinfunde aquã noſtram rectificatam, quæ habet reducere corpora in primam materiam ſecundùm omnia dicta Philoſophica. Da igitur bibere dictis corporibus de eorum matre

tantum quantum poſſit ſupernatare corpora prædicta ſpatio lateris vnius paleæ, & non quod dico latitudinem, & caue fili; quòd non des nimis de dicta aqua ad bibendū, quia ſecundum dictum omniū Philoſophorum, faceres pelagus conturbationis: & hoc verbum ſit tibi ſecretum.

Facta igitur tali coniunctione, pone tuam ampullam in ſupradicto aludel, & in cineribus, quæ ſint ita calidi, ſicut eſt calor ſolis de menſe medij, & ita continuabis ignem vſque ad vltimatam ſuam perfectionem, & dictum calorem vocant Philoſophi calorem febrilem.

Fili nota bene: quòd ordo ignis eſt iſte, habeas vnam lucernam, ac fac ipſam ardere in tuo aludel die ac nocte ſecundum eandem menſuram ſeruando prędictum ordinem, quòd lumen ſit olei & continua ipſum, ita & taliter quòd ſit ſicut calor febrilis, ſicut prædictum eſt, quouſque filius ſuæ matris veſtiatur tribus coloribus.

Fili ordo verò nutrimenti eſt iſtud, quòd ſicut maſculus infans allactatur bis vel terà ſua matre, dando ſibi ſuū lac: ita dulce fili oportet quòd manu teneas tuum filium, dando ſibi ad bibendum ad modicum lacte ſuo, & etiam ſemper manu tenendo ipſum in tali forma quòd non ſitiat, & non occidas ipſum quouſque non videas ipſum veſtitum tribus coloribus.

Primus color eſt niger, & iſtud ſignum eſt ſignum putrefactionis vel ingrauidationis: & iſtud ſignū vocant Philoſophi veſtem tenebroſam. Secundus eſt albus, & iſtud eſt ſignum perfectionis. Tertius eſt color croceus, & iſtud eſt ſignum totius perfectionis.

Fili ad hoc vt ſenſus tui ſint bene declarati, & quòd in te nulla remaneat obſcuritas, aperi eos & intellige quòd prædicta ſigna non omnia ſimul apparent, quia ingreditur tempus & magis & minus ſecundum quòd maior & minor eſt materia & quantitas eius: quia iſtæ ſunt res quæ non fiunt in vno menſe. Expedit igitur vt mens tua ſit ſemper bene diſpoſita ad habendum patientiam, & nec exiſtimare quòd tu opereris ita altiſſimam artem, ac Philoſophi partem mirabillimam ac ſecretorum ſecretiſſimam.

Sed

Sed fili hoc ſemper memoriter tene, ſcil. manu tenere ignem die noctuq; ſecundum vnam & eandem menſuram, & ita adminiſtrando ignem & imbibendo materiam tuam aqua ſua ad modicum, vt dictum eſt, quouſque omnipotens Deus per ſuam diuinam gratiam cõcedat tibi quod quęris: quia hoc quod quæris & operaris vocatur à magnis Philoſophis ludus puerorũ & exercitium mulierum. Deo gratias Amen.

Explicit quædam abbreuiatio de ſecretis ſecretorum Iohannis Pauperum, Amen.

ELVCIDATIO TOTIVS TESTAMENTI AD REGEM ODOARDVM PER RAYMUNDUM LULLIUM.

TV in virtute Dei R. ſolem calcinatum vel foliatum, vel eius oleum, & proijce ipſum in aquam vegetabilem: Idemque loquuti fuimus in teſtamento in capitulo quod incipit; præparatio ſpiritus lapidei & fermẽtabilis eſt, &c. Et in capitulo, quod incipit: Nunc fili tibi volumus reuelare &c. per totum, ſatis declarauimus naturam & elementum quod facit in opere noſtro. Et ſit aurum ad pondus aquæ vegetabilis, & pone in balneo fimi per ſex dies, & aurum iam calcinatum vel foliatum iam dictum in croceum colorem mutabitur. Poſtea verò diſtilla aquam ſuam per alembicum, & proijce illam, & pone aquam recentem ſuper fæces, quæ ſtabunt in colore citrino fixo ad ſui pondus, & pone ad putrefiendum ſub fimo calidiſſimo per menſem cum dimidio, & finito tempore extrahe elementa, Tu verò accipias vas, vbi aurum eſt putrefactum, & diſtillabis aquam cum igne balnei Mariæ. Poſt hoc accipe tantum de aqua vegetabili recenti, & proijce ſu-

per fæces, & iterum colloca in balneo fimi vel aquæ per vij. dies. Quibus finitis, pone vas ſuper cineres, & dabis ſibi ignem, & facies talimodo, quòd cineres ſint in ſpiſſitudine quatuor digitorum ſub fundo vaſis, & videbis prius aquam ſolam eleuari, & poſt aerem cum ea mixtum inuenies citrinũ, diſtilla donec fæces remaneant ſiccæ, quæ erunt in colore ſubnigro.

Poſt hæc capias aquam, & aerem, & ponas ad diſtillandum in balneo aquæ, vel fimi: & diſtillabitur aqua clariſſima, & aer remanebit in fundo in colore citrino.

Poſt hæc verò proijce aerem ſuper terram cum ſexta parte aquæ vegetabils, & pone in fimo, vel balneo per octo dies, quibus finitis pone ad diſtillandum in arena, & facias quod arena ſit in ſpiſſitudine duorum digitorum ſub fundo vaſis, & videbis primò aquã exire, poſtea aerẽ & ignẽ ſimul in colore rubicundiſſimo.

Similiter pòſt accipe aquam, aerem, & ignem ſimul quæ ſunt in receptaculo ſuo, & proijce in alembico, & diſtillabis aquam per balneum, & aerem ab igne ſeparabis per cineres, & habebis quatuor elementa ad partem, & terra erit nigra & ſicca, & ſic elucidatur capitulũ Teſtamenti, in quo dicitur: fili quando tu volueris, &c.

Poſthæc verò tu accipies dictam aquam vegetabilem, & per vas circulationis, quod eſt pellicanus extrahes quintũ ſpiritũ, & reſublim⁹ poſuiſſe in quinta eſſentia in primo libro, capitulo quod incipit: Facta igitur per multos dies, &c. Hoc eſt quod dicitur aquam ablutam extractam à fæcibus terreis: & per hoc elucidatur capitulum Teſtamenti, quod incipit: fili quando dimiſeris lapidem per quatuor elementa, &c.

Item poſtquam elementa ſic habueris ſeparata, intereſt vt ipſa ſubtilies & fixes ad opus. Capias ergo aerẽ per ſeipſum, & pone in alembico, & diſtilla ipſum ſepties, vel quod tibi certius ſignum erit, donec voluerit aſcendere ſublimando aquam, quæ diſtillando & reiterando ſuper fæces, donec paulatim totum tranſeat per aquam & ignem cinerũ. Quibus ſeptẽ vicibus tranſactis, diſtilla aquã per balneũ, & remanebit oleũ aeris in fundo optimum ad lapidẽ noſtrum, & ſicut di-

ximus

ximus de aere, fac ſimiliter de igne cum aqua ſua, cuius guttæ erunt groſſiores, guttæ aquæ leuiores, taliter quod ſuper omnem liquorem natabunt.

Nam noueris in noſtro opere tres liquores: Primus eſt aqua cœleſtina, de qua prius diximus, ſecundus eſt aer, qui eſt modus inter dictum ſpiritum & oleum, Tertius eſt ipſum oleum, & per hoc elucidatur capitulum in vade mecum, quod incipit: tu iam per iam dictam ſolutionem.

Item cùm noſtra elementa habueris ſic præparata, oportet te terram ſubtiliare quantum poteris, vt retulimus in capitulo quod incipit: In nomine Domini noſtri Ieſu Chriſti, &c. Vſque ad illud capitulum: Completa iſta exuberatione: & ſic habebis terram fixam quam ſulphur Philoſophorum diximus, capiendo quòd eſt ad latera vaſis de fecibus ne cures, quia nihil valent, & per hoc elucidatur capitulũ in vade mecum quod incipit, præparatur verò terra per viam ſublimationis. Vnde poſtquam omnia elementa ſic habueris præparata, oportet te aliud principium incipere, quod eſt mixtio, vbi incipit generatio noſtri lapidis, & in quatuor partes diuiditur, pro vt ſunt modi operandi.

Primus eſt iſte, quòd tu accipias aquam quam tibi prius diximus, & ſit aqua bis tantum ponderis terræ mixtæ ſimul cum Terra, & pone ad inhumandum, quam mixtionem ſic facies, terram ſubtiliter pulueriżabis, quæ colorem ſubnigrum habebit, & tranſparentem, & pone in ſuo vaſe, & capias aquam bis tantum ſui ponderis, & diuide in partes xij. æquales, vnam partem ſuperinfunde terræ, & pone inhumandum per xij dies, poſtea extrahe, & poſtea per alios duodecim dies, aliam partem aquæ infunde, & continuando de xij. diebus in xij. dies, vſque videas quòd tota aqua erit conſumpta, & terra cum aqua fiat vnum corpus: & non mireris quòd opus tam longum reuelamus, quoniam oportet te habere patientiam. In qua mixtione apparebũt multi colores in qualibet proiectione: & per hoc elucidatur capitulũ Teſtamenti quod incipit; fili tertia quæſtio, &c.

Item poſt hoc oportet aerem miſceri cum terra, vt aer ſit medius inter aquam & ignem, & aer ſit ad tantum ſui ponderis id eſt terræ, & diuides ipſum in decem partes æquales, & mitte vnam partem ſuper terram, & aqua quæ iam ſit vnum corpus in ſubſtantia chriſtallina, & claude vas ſubtiliſſimè, & pone ad inhumandum per octo dies, pòſt extrahe, & aliam partem miſce, & claude, & ſic facies, donec aer ſit totus exhauſtus, & vltima inhumatione, videbis ſubſtantiam lapidis in forma crocea tranſparente. Pòſt habeas ignem quem à terra extraxiſti, & facies per modum, quòd ignis ſit ad duplum ponderis terræ: non ergo accipias tantũ de terra, quòd non ſufficiat ignis, ad duplum ſui, & diuide ipſum in octo partes æquales, & de octo in octo dies facies, ſicut de aere & aqua feciſti. Et ſic in vltima humatione omnia quatuor elementa erunt vnum corpus in ſuo vaſe, quod erit ſimile carbunculo, & erit ad modũ liquoris olei, quem poteris portare vſque terratum.

Si autem illum in lapidem mutare volueris, accipe cucurbitam, in qua eſt, & pone eam in ſtupha per viginti quinque dies naturales ad ignem de ſerratura, & eſt lapis excedens omnem lapidem in pulchritudine.

Secundus modus.

Veniamus ad partem ſecundam, in qua continetur alius modus operandi, & eſt vt accipias quodcunque corpus calcinatum volueris: & de aqua mercurij mitte deſuper ſupernatantes per duos digitos, & pone ad inhumandum per dies ſex, quibus peractis accipe aliam ampullam, & illam aquam in qua eſt metallum ibi pone. & poſt hoc de aqua recenti ſuperpone, & iſtã quam modo extraxiſti, pone ad partem, & calcem cum aqua pone ad inhumandum, & ſic facies donec intelligas quòd habeas mediam libram à terra euacuatam, & inclinabis vas taliter quòd nihil fæcum inde cũ aqua mercurij oriatur, niſi ipſa aqua munda cum limoſitate metalli tantummodo quam alibi diximus oleum metallorum ſeu ſpiritum corporis vel argentum viuum. & per hoc elucidatur illud capitulum teſtamenti,

ti, quod incipit: cùm autem per iam dictam ſolutionem.

Poſtea autem coniunge omnes aquas ſimul, & ſuperpone alembicum, & diſtilla totam aquam iam dictam, quouſque dicta materia metalli maneat ſicut oleum in ſpiſſitudine: & poſtquam hoc feceris, reitera aquam quã modo extraxiſti à terra, & emineat deſuper quatuor digitis, & pone ad inhumandum in fimo balnei vel aquæ per duos dies naturales, poſtea igitur extrahe, & pone deſuper alembicum, & cum igne mediocri diſtilla, & pone ad partem, & mittes ibi de iſta met aqua, vſque dum ſuperemineat per quatuor digitos, & pone ad inhumandum vt ſupra, & diſtilla vt ſupra: & ſic reiterabis omnes inhumationes & diſtillationes, donec tota terra ſit cum aqua diſtillata per alembicum, etſi tibi non ſufficiat aqua quam à terra extraxiſti de alia recenti, adde vſque quo tota terra aſcendat, & per hoc elucidatur capitulum quintæ eſſentiæ, quod incipit: omnibus ſic paratis &c. vas, &c.

Item poſt cum igne balnei diſtilla totam aquam, donec materia remaneat tota ſicca. Capias igitur illam terram, & pone in ſublimato vitreo, & da ſibi primum ignem lentum, poſt fortifica, donec materia aſcendat ad latera vaſis, quæ erit ad modum argenti viui ſublimati vulgi. Capias igitur hanc, & ſcias, quia hoc dicitur corpus exaltatum in ſulphur. Poſt hoc verò accipias dictam materiam ſublimatam, & pone in quodam crucibulo terreo vitreato, & da ſibi ignem lentũ. Poſt hæc verò capias aerem lunæ, vel ſolis, & gutta deſuper guttatim, quouſque materia ſit fluxibilis, & rarefiat, ſicut mel crudum. Poſt hæc capias materiam tuam, & pone ad inhumandum per tres dies in balneo fimi vel aquæ, & extrahe, & pone in crucibulo tuo, & mitte deſuper de igne auri vel argenti in quintuplo aeris, & in decuplo ignis, ſi fuerit, & reitera ponendo ad balneum per menſem, & extrahe, & erit liquor ad modum mellis croci, coagulans mercurium vulgi in perfectum metallum, & per hoc elucidatur capitulum teſtamenti quod incipit, quando tu fixaueris aquam ſuper terram, &c. Et in capitulo quod incipit fili: Tu ac-

cipies vnam vnciam ex dicta medicina, &c. Et etiam illud capitulum Teſtamenti, quod incipit: omnimodè fili conſeruando practicam, &c. Et etiam illud capitulum, quod incipit: Totaliter ſic facies ſeparationẽ, &c. Item lapidificatio huius fieri oportet, vt ſuprà te docuimus. Item vt habeas notitiam, ſuper quot ponderà lapidis Philoſophici debeat mittere ipſum ſuper 100. vel 1000. ſecundùm quod tibi viſum fuerit metalli imperfecti. Et ſi metallum ſit altum in colore, multiplica metallum: ſi verò diminutum in colore, multiplica medicinam, & eſt Regula infallibilis, per quam elucidatur capitulum teſtamenti, quod incipit: fili proiectiones fiunt ſuper corpus fuſum, &c.

Tertius modus.

Si vis ò Rex alium modum ſcire hunc lapidem componendi, eſt vt accipias elementa extracta per modum quem te docuimus ſuprà, vt capias aerem lunæ, & aerem ſolis, & ignem lunæ, & ignem ſolis, & terram lunæ, & terram ſolis: Et ad æqualitatem mitte aerem cum aere, & pone ad inhumandum per quinque dies, & de iſto aere compoſito incera terram lunæ, donec fluat vt cera, & inhuma per dies 15. & fac vt prius te docuimus in alijs magiſterijs: ſi vis conſeruare in oleo, potes; ſi vis lapidificare, fac vt ſupra: poſt hoc facias ignem lunæ, & ignem ſolis, & mitte ſimul ignem cũ igne, hoc eſt, vt capias octo partes ignis ſolis, & vnam ignis lunæ, & miſce ſimul, & pone ad inhumandum per tres dies, poſtea extrahe & incera terram ſolis cum iſto, donec fluat vt cera ſine fumo guttatim. Poſtea extrahe, & pone ad inhumandum per dies 30. Et eſt elixir firmum ſuper omne metallum, & lapis Philoſophorum. Præterea de eadem mixtione elemẽtorum ipſorum metallorum, ſupradicta incerari poteſt terra ſicut ſal, quod aliter dicitur ſulphur naturæ, euacuata à quocunque metallo ſcilicet imperfecto de vno tantum, & de duobus, de tribus, & de omnibus ſimul, vt recolimus deſignaſſe in tabulis tertij libri noſtri quintæ eſſentiæ ſit ſuper vnum ſolum vel duo vel tria, &c. guttatim, donec ſequatur ſignum prædictum. Poſtea

ſtea pone ad inhumandum quindecim diebus, poſtea extrahe, & facta eſt lapidificatio.

Quartus modus.

Præterea eſt alius modus, vt capias aerem & aerem ad æquale pondus, ignem & ignem ſimiliter: Si verò fuerit de argento, capias aeris octo partes, aquæ verò decem, ignis verò vnam partem tantum, mi ce ſimul, & pone ad inhumandum per dies quinque. Extrahe ergo & incera terram ſuam vel alienam vt ſuprà, inhuma per menſem, & facta eſt lapidificatio, vt ſuprà. Si verò fuerit ad aurum, capias decem partes ignis cõpoſiti, & ſex aeris compoſiti, & duas aquas, quarum vnam cælicam intelligimus, & miſce in vaſe ſuo, & inhuma, pòſt extrahe, & incera terram ſuam vel alienam, donec fluat vt cera ſine fumo, poſtea inhuma vt ſuprà per menſem cum dimidio: poſtea extrahe, & factum eſt ſibi lumen luminum, & elixir, & lapis Phiſoſophorum.

Præterea ò Rex nota quòd elementa ante mixtionem debent fixari vt ſupra, & terram reduc in ſpeciem chriſtallinam quæ ſulphur naturæ dicitur per diſſolutionem, inhumationem & ſublimationem, quod hic pluribus declaramus, habebis quod deſideras, opus nanque margaritarum ſic condies, Recipe aquam mercurij vulgi factam per modum, quem nunc tibi dicemus. Capias lunariæ liquorem in tertia rectificatione vel ſecunda, & deſuper vnam libram dicti mercurij, mitte quòd natet ſuper argentum per tres digitos, & pone ad inhumandum per ſex dies naturales, & magna pars eius diſſoluitur in aquam mercurij quam extrahes à balneo, & pone in altero vaſe, & ſic reitera inhumationes, & ſeparationes, donec totum fuerit in aquam reductum. Poſt has verò diſtillationes coniunge in cucurbita, & diſtilla aquam mercurij per balneum, & dum videris quod maneat quaſi ſpiſſa, ita quòd aqua mercurij & argenti viui ſit vna libra & ſemis: dimitte infrigidari, & pone ad inhumandum per ſex dies naturales. Poſt hoc mittas intus margaritas, & infra decem horas diſſoluitur. Exubera ergo

ipſum per modum, quem te ſuprà docuimus in exuberatione metallorum, vſque conuertantur in ſal. Poſt verò pone illud in vaſe inhumato, & mitte ſuperius ad pondus ſcilicet ʒ.j. noſtri mercurij vegetabilis, & totū fiet aqua in tribus diebus, quam aquam quater diſtilla, & poſt hoc pone intus margaritas, & videbis ipſas ſpatio vnius aue Maria diſſolui, hoc eſt, propter maiorem ſublimationem, quæ cum exuberatione fit: etenim diſſolui poteſt alio modo cum phlegmate mercurio ſepties diſtillato, quæ quidem diſſolutio clarè patet in noſtra quinta eſſentia, capitulo quod incipit: Item eſt alius modus extrahendi quintam eſſentiam à mercurij vegetabilis.

Præterea eſt alia diſpoſitio. Per hoc autem quod primo diximus elucidatur capitulum noſtri teſtamenti, quod incipit: fili primò diſſolue argentum viuum in aquam mercurij, &c. Tu igitur capias margaritas tuas & pone eas in vaſe vitreo cum ſolo rotundo, & ponas deſuper eas de argento viuo quod maneat ſuper eas ad ſpiſſitudinem vnius attici metalli, & pone ad inhumandum in fimo per 30. Inſtantia & diſſoluitur, & cohoperias vas cum cohoperculo ſuo propter pulueres, & ſic formantur quatuor cameræ, quarum prima eſt b. d. g. k. Secunda eſt b. e. d. k. Tertia eſt b. d. g. k. vt poſt diſſolutionem ſuperiùs natabit quædam limoſitas ad modum cuiuſdam telæ, & hæc eſt forma & iubar perlarum: & per hoc elucidatur capitulum teſtamenti, quod incipit: oſtenſis virtutis dictæ huius humiditatis exuberata eſt, &c. Item dum ſenſeris quod margaritæ liquefactæ ſunt in aqua mercurij, ſeparabis aquam cum limoſitate perlarum, colando per pannum bene mundum, & inclinando vas ſuauiter, quod nihil paſtæ cum limoſitate coletur.

Poſtea verò pone limoſitatem cum aqua mercurij in balneo per dies ſeptem, & fiet totum vnum corpus, & per hoc formantur duæ cameræ aliæ: Quarum prima eſt a. d. e. k. Alia eſt a. d. e. k. & per hoc elucidatur capitulum teſtamenti quod incipit: Quando videbis quòd dictæ perlæ in paſtam albam, &c. Poſtea verò habeas formas; id eſt, molles tuos ex auro ad quam formam

formam volueris ſit margarita, & ſimiliter ſpatulam auri. & imple formam tuam de paſta perlarum, & cum altera cooperi, ita quod margaritarum paſta ſit plena: etſi fuerit rotunda, vel quouis alio modo facta, etſi foramine eguerit, facias cum filo auri in illa parte, vbi melius viſum fuerit tranſeundo omnes molles ſeu formas, & pone ad deſiccandum in vaſe ſimili Zabaa, id eſt, in lapide marmoreo vitri & cooperi, donec bene ſiccentur. Per hoc elucidatur capitulum teſtamenti, quod incipit: Demum accipies vnum modulum. Præterea poſt formationem margaritarum abſq; eo quòd tangas eas cum manu.

Poſtquam eas ſic habueris ad modum pater noſter: Tunc habeas eas quantum tibi viſum fuerit, & perforabis eas ex vtraque parte. Poſt verò pone margaritas tuas in aqua limoſitatis, quæ eſt vnum corpus cum aqua argenti viui, & dimitte ibi ſtare per quintam partem vnius horæ, & poſt extrahe citò, & confeſtim pone eas intus oua, & ponas ad vmbram per octo dies naturales. Poſtea ad ſolem per tres dies naturales, & girabis ouum omni die naturali de tribus in tres horas. Poſt extrahe ipſas de ouis, & videbis eas pulchras, & pulchriores naturalibus: hæc tibi ſufficiant ad elementum. Per hoc autem formantur aliæ duæ cameræ, quarum prima eſt a. d. c. g. b. k. ſecunda eſt a. d. b. q. per hoc elucidatur capitulum teſtamenti, quod incipit: quando formaueris tuas margaritas, quæras prolixius in noſtro teſtamento de hac materia.

Tinctura particularis.

Recipe partem vnam vitrioli, partem vnam ſalis nitri & quartã partem aluminis rochæ, & omnia præpara ſicut ſcis, miſceas bene in ſimul, & pone ad diſtillandum lento igne in balneo mariæ per alembicum cum ſuo receptaculo, cum dimidia parte aquæ communis, da ſibi lentum ignem, donec humiditas totaliter recedat, tunc appone alterum receptaculum, & da ſibi fortiorem, & vltimo fortiſſimum, donec albificetur alembicus: tunc eſt præparata, ſic poteris facere de aquis quantum vis.

Poſtea ℞. aquæ prædictæ libram vnam, & pone in cucurbita magna, & funde deſuper vncias quatuor aquæ vitæ, quatuor vicibus diſtillatę, & pone deſuper alembicum cum ſuo receptorio: tunc facies magnos ſtrepitus in lucem bulliendo cum maximo impetu ſine igne, ideo huiuſmodi ſignum eſt quòd commutatio aquarum debuit fieri pro minima ſucceſſione. Tunc funde totum ad aliam cucurbitam minorem, & pone deſuper alembicum cum ſuo receptorio, & pone ad balneum Mariæ, & diſtilla aquam taliter quòd ſolum modo ſpecies aquarum maneat in fundo vaſis in forma glaciei, & refunde aquam è conuerſo deſuper ſpiritus quem modo diſtillaſti, & diſtilla aquam in balneo, & hoc reitera nouem vicibus, tunc manebit in fundo oleum vel materia ſicut glacies. Tunc appone tibi ℥. j. ſolis foliati vel limati, & pone in vitro ſic formato, & obtura bene ſicut ſcis, & pone ad furnũ cinerum, & da ſibi ignem temperantem 22. diebus cum ſuis noctibus, & fiet lapis rubicundus: Et non fac tibi violentiam cum igne, ſic eſt bene temperatum.

Tunc ℞. huius lapidis vnciam vnam, pone ſuper C. mercurij crudi, & erit ſol optimus in cemento regali. Remanſit autem iſta pars alba in nitro, pone de ea ℥. j. ſuper ſeptem mercurij & erit luna.

Tinctura particularis.

℞. nigrũ nigrius nigro, & diſtilla decies vel duodecies, & pone ad quodlibet vitrũ libram vnã huius aquę & ℥. j. ſolis foliati, & obtura vitrũ bene quòd fortitudo non exhalet, & pone vaſa ſuper ignem in cineribus. & da ſibi ignem lentum, & ſoluetur fermentum vel ſol in duodecim diebus: ſi vis facere aurum potabile, tunc extrahe ſibi aquam totaliter igne lento, tunc manebit aurum in fundo: illud pone ad cucurbitam paruam & pone in balneo Mariæ, & ſol per ſe ſoluetur ſpatio quatuor dierum naturalium, & illud eſt aurum verum potabile.

Tunc recipe illud aurum potabile, & mitte in cucurbitam paruam, & appone ſibi centum lotones argenti viui loti crudi reſpectu vnius lotonis ipſius ſolis ſic ſoluti,

luti, & dimitte ſic ſtare octo diebus, & erit totum ſol optimus.

Multiplicatio.

Si vis procedere ad altiora quòd tingat, tunc recipe illud aurum potabile, & appone ſibi ſeptem lotones mercurij ſublimati ſepties cum vitriolo, & ſale communi præparato, & pone ſuper lentum ignem cineris diebus ſeptem naturalibus, & fit totum durum, & vna pars materiæ huius tingit centum partes, & hoc potes augumentare in perpetuum. Si autem non vis facere aurum potabile, tunc in principio quando ſol in viginti duobus diebus eſt ſolutus in aqua, permitte vlterius ſtare in eadem aqua ipſum ſolem, & da ſibi continuum ignem lentum, & permitte aſcendere & deſcendere de vno vitro ad aliud ſcil. in talib. vitris in epiſtola accurtationis dictis, & in arte magica deſignatis, vel in pellicano tandiu, donec totũ manebit in fundo, vel ſuperius ſtabit in vitro, & contingit in viginti, vel viginti duobus diebus, vlterius. Hoc facto extrahe materiam, & tinge mercurium, hoc potes augmentare in perpetuũ & ad altiſſima procedere.

Si autem vis ad altiſſima procedere potes tingere infinita: & hoc fit per ſeparationem elementorum tali modo, quando ſol eſt ſolatus in aquam prædictam in viginti duobus diebus, tunc pone totum ſcilicet vnum cum aqua in quadam cucurbita, & pone ad balneum Mariæ per octo dies naturales ad putrefaciendum per octo dies, appone ſibi alembicum cum ſuo receptorio, & diſtilla lento igne illud quod libenter aſcenderit, vel poterit aſcendere per talem ignem, & hoc eſt elementum aquæ. Hanc refunde è conuerſo ſuper materiam, & permitte iterum ſtare octo diebus in balneo quod iterum putrefiat & ſoluatur, & diſtilla in balneo, & quod diſtillauerit, iterum erit elementum aquæ. Poſtea pone cucurbitam ad cineres, & diſtilla lento igne, & quod diſtillatum, erit elementum aeris, quod pone vel recipe per ſe in aliud vitrum, tunc appone iterum ſibi aquam, id eſt, elementum aquæ, permitte putrefieri octo diebus naturalibus in balneo, & poſt iterum ap-

pone ſibi alembicum, & extrahe aquam in balneo, & tunc iterum pone vas cum materia ad cineres, & diſtilla lento igne in aliud receptaculum, quod diſtillabitur erit elementum ignis, & illud per ſe, & ſic habes elementa tria, aquam, aerem, & ignem ad partem per ſe diſtillata, & quartum elementum ſcil. terram in fundo vaſis remanentem, quæ nondum eſt munda, illam præparabis cũ cæteris elementis; ſic pone eam in paruam cucurbitam lutatam, & bene obſtructã per ſe vel cum alembico & receptaculo propter cautelam, & pone ad cineres per diem naturalem, & ſic calcinabitur terra. Tunc ſuperinfunde ſuam aquam è conuerſo, & pone ad balneum Mariæ octo diebus naturalibus, & iterum abſtrahe ſibi aquam, & iterum calcina vt prius, hoc fac reiterando tamdiu donec terra totaliter ſit mũda, & incipiat dealbari.

Tunc coniunge elementa, reducendo alia tria ſuper terram ſic: Pone terram in vno vitro paruo, & appone ſibi modicum paulatim de elemento aquæ, donec totam biberit. Poſtea de elemento aeris, ſicut feciſti de aqua, donec totum biberit. Poſtea de elemento ignis eodem modo vt feciſti de aqua & aere, donec totum ignem ſimiliter exhauſerit, & totum conuertatur in vnum colorem & in vnum corpus.

Sic habes perpetuum Theſaurum, quod potes augmentare in perpetuum, & ſecum tingere in infinitum.

FINIS.

INCI

INCIPIVNT QVÆSTIONES TAM ESSENTIALES quàm accidentales Magiſtri Arnaldi de villa noua de arte tranſmutationis, declaratæ PP. Bonifacio VIII. ab eo petitæ ſuper compoſitione lapidis philoſophici, & primò eſſentiales.

NOn ſublimantur corpora ſublimatione vulgari, quã intendunt Idiotæ, credentes quòd ſublimare ſit ſuperius aſcendere. Ideo accipiunt corpora calcinata, & miſcent cum ſpiritibus, & ſublimant cum mercurio, & arſenico. & faciunt ignem fortem, & ſubitaneum, vt corpora aſcendant cum ſpiritibus, & dicunt quòd tunc corpora ſunt ſublimata, & ſic ſunt deluſi, quia ipſa magis immunda inueniuntur quàm prius forent.

Non eſt ergo noſtrum ſublimare ſuperius aſcendere, ſed ſublimare eſt de re baſſa & corrupta altam facere & magnam ſcil. puram, & ad alteram naturam conuerſam, vnde ſublimare idem eſt quod ſubtiliare, quod totum facit aqua noſtra philoſophica: ſic ergo intellige ſublimationem, quia in hoc multi ſunt decepti. Aqua iſta mortificat, viuificat, & apparere facit omnes colores nigros in mortificatione corporis, dum in terram conuertitur, poſtmodum apparent multi colores, & varij, vnde dicit Philoſophus Turbæ, honorate regem noſtrum ab igne venientem diademate coronatum, & ipſum illuminate quouſque ad ætatem perfectam perueniatur, cuius pater eſt ſol, mater verò luna. Luna accipitur pro corpore imperfecto: Sol autem pro corpo-

re perfecto. Vltimò autem ſequitur nutrimentum vſque dum augmententur augmentatione magna, nutriatur autem lacte ſuo, id eſt, ſpermate, ex quo fuit ab initio. Imbibitur autem argentum viuum ſæpe & ſæpius quouſque bibat de eo quod ſufficiat.

Prima quæſtio.

Quæritur ſi operatio poteſt fieri ex ſolis lunaribus & aqua vitæ, aut ex vno lunari & aqua vitæ? Reſpondetur quòd ſic, & in fine quæſtionis oſtendam quòd ſic.

Secunda quæſtio.

Quæritur ſi poteſt fieri ex ſola aqua vitæ? Reſpondetur quòd non; quia argentum viuum nil operatur, niſi proijciatur in matrice mulieris ſuæ vt ipſe nutriatur, & terra noſtra eſt mulier, & mater argenti viui.

Tertia quæſtio.

Quæritur ex quo poteſt fieri ex ſolis lunaribus, quare ponitur corpus imperfectum? Reſpondetur quòd citius perficiatur opus & colores quos ponunt Philoſophi apparent colores in opere luminarium: reſpondendo quòd apparent, ſed non ſeruant eundem ordinem magis ordinatum, & ſecundùm dicta Philoſophorum apparent.

Quarta quæſtio.

Quare vtrum appareant colores in opere lunarium? Reſpondetur, quòd ſic, ſed non ſeruant ordinem.

Quinta quæſtio.

Quæritur an ſol & luna quilibet per ſe vel ambo ſimul facta diſſolutione debeãt tranſire per alembicum? Reſpondetur quòd tutior via eſt & melior, quòd quilibet tranſeant per ſe: poſſunt enim ſimul tranſire, ſed cũ magna difficultate, ſed ſiue diuiſim ſiue cõiunctim expedit, vt tranſeant per alembicum, quia ſic artifex erit magis ſecurus, quando lunaria ſunt reducta ad primam materiam eorum ſcilicet argentum viuum.

Sexta

Sexta quæſtio.

Quæritur quare oportet quòd reducantur in argentum viuum? Reſpondetur, quia argentum viuum eſt ſperma, & ſi non reduceretur ad ſperma primum immediatè, non poſſet fieri generatio perfecta artificialiter in metallis perfectis, nec eorum multiplicatio.

Septima quæſtio.

Quæritur ſi noſtra aqua vitæ, quæ dicitur eſſe aqua roris medij debet eſſe mineralis vel detur extrahi artificialiter de plumbo vel ſtagno? Reſpondetur quòd aqua noſtra debet eſſe mineralis, & non de plumbo, vel de ſtagno, quia dicunt Philoſophi, quòd aqua ex plumbo non intrat magiſterium noſtrum, ſed aqua mineræ tantum, quia plumbum eſt immundum, & aqua noſtra mineralis eſt munda, plumbum enim interficit, & aqua noſtra mineralis viuificat, & à viuificatione conſeruat.

Octaua quæſtio.

Quæritur quomodo cognoſcitur aqua mineralis, vt diſtinguatur ab aqua plumbi? Reſpondetur quòd apud montem Peſſulanum portantur pelles de Hiſpania ſigillatę ſigillo Hiſpanię plenę aqua bona minerali, ſigillatur quidem vt non debeant ſophiſticari, & accipe de illa, & non errabis. Si verò timeas de ſophiſticatione, fac ipſam tranſire per alembicum, & ſi in fundo cucurbitæ non remanent fæces, bona eſt & naturalis, & ſi remanent fæces conuertantur in corpus metallicum, & ſecundum ſpecies metalli, cognoſces argentum viuum fore ſophiſticatum.

Nona quæſtio.

Quæritur ſi debet purgari aqua mineralis antequam amalgametur cum corpore? Reſpondetur quòd primò debet mundificari cum ſale communi, quouſque conuertantur in ſpeciem cineris cæleſtinam, deinde debet deſiccari in minerali ad ſublimandum, & aſcendet aqua pura, munda, & viua, & poſt cum aceto ad lentum ignem munda, deinde debet tranſire per corium, & ſic poteſt ſecurè poni in magiſterium.

Decima quæſtio.

Quæritur ſi corpora perfecta mineralia quæ dicuntur luminaria debent præparari antequam ingrediantur magiſterium? Reſpondetur quòd aurum debet purgari per cementum, & argentum per cineritium: deinde debent foliari, ſicut foliantur pro pictura tabernaculorum, vel ad minus debent limari ſubtiliter, quia quantò magis fuerint ſubtiliata, tantò citius conuertentur in argentum viuum, & ſic ſubtiliata poſſunt ingredi operationem noſtram.

Vndecima quæſtio.

Quæritur ſi corpus imperfectum debet præparari? Reſpondetur quòd debet fundi totaliter, & ſi fuerit cuptum, debet purgari & aſſignari, ſicut purgatur, & aſſignatur per calderarios, poſt limari ſubtiliter, & poſt amalgametur ſubtiliter ſecurè per operationem noſtri lapidis.

Duodecima quæſtio.

Quare quot partes debent poni de aqua in prima coniunctione & quot de corpore? Reſpondetur ſi aqua coniungatur & amalgametur cum corpore imperfecto, debent eſſe quatuor partes aquæ in vna corporis: & ſi corpus fuerit vnum de lunaribus debent eſſe xij. partes aquæ, & vna corporis.

Decimatertia quæſtio.

Quare quot partes debent eſſe de aqua, & quot de amalgama, & quot vt totum corpus conuertatur & tranſeat in argẽtum viuum, & tranſeat totum corium, vel pannum lineum ſpiſſum? Reſpondetur quòd non eſt certa quantitas ibi, ſed ad bonum arbitrium ponendo quantitatem poſt quantitatem ad ignem lentum, quouſque totum corpus ſit conuerſum in argentum viuum.

Decimaquarta quæſtio.

Quæritur tranſacto corpore imperfecto per corium & con-

& conuersum in argentum viuum in quo vase est ponendum? Respondetur in vase vitreo perfecto in modum parasidis: & debet cooperiri cum alio vase simili magis amplo, ita quòd partes inferiores vasis intrent superiores partes vasis, & vas superius debet habere modicum collum, & debet habere foramen in collo, & debet claudi cum panno lineo: & isto modo debet poni vas inter cineres in fumo suo, & etiam cineres debent cooperire totam materiam, & cum igne vnius luminis, qui vocatur ignis febrilis debent stare ad ignem illum lentum, quousque nigredo lapidis, quæ apparebit in superficie eius sit amota.

Decimaquinta quæstio.

Quare quomodo apparebit nigredo vel qualiter est amouenda? Respondetur, quòd prima die apparebit in superficie tantum, & quædam nebula nigra, & illa multum est ingeniosè amouenda cum spatula munda subtili lapidea, vase antè discooperto separatur nigredo, quæ apud Philosophos vocatur vestis tenebrosa: & cooperto vase ignis continuetur quousque nigredo iterum appareat, & illa nigredo iterum amoueatur, & in vase vitreo immundè seruetur cum supradicta: hoc fiat quousque nihil nigredinis appareat in superficie, & lapis remanet mundus & clarus, qui vera tunc est aqua mundificata de terra sua, & tunc habentur duo elementa lapidis, scilicet terra & aqua.

Decimasexta quæstio.

Quare per quantum tempus debet esse lapis in nigredine, & quod est signum veræ solutionis lapidis? Respondetur quòd cùm nigredo apparet prima vice, est signum putrefactionis, & solutionis lapidis. Cùm autem nigredo totaliter euanuerit est signum totalis resolutionis lapidis: Durat autem nebula nigredinis in prædicto lapide 40. diebus, aliquando tamen plus, aliquando minùs, & ista variatio accidit propter varietatem quantitatis medicinæ, & per industriam operationis, vnde maior quantitas maius tempus requirit, minor minùs, & sapientia operantis iuuatur per artem magisterij ad separationem nigredinis.

Decimaſeptima quæſtio.

Quare terra ſeparata, quid eſt fiendum de aqua? Reſpondetur, quòd aqua eſt ponenda in vrinali alembico ſuperpoſito cũ ſuo recipiente, vt moris eſt: & ſituetur intus cineres in fumo diſtillationis, & in lento igne diſtilletur: & ſis attentus iuxta diſtillationem vt inter guttam quæ cadit & guttam ſubſequentem ſint ſex momenta, hoc eſt quòd magiſter perferat ſex verba diſtincta cum pauſa in medio diuidendo 1 2.3.4.5. verba prolata: & iſte ordo omnino ſeruetur in diſtillatione, illud quod inuenies in fundo cucurbitæ diſſoluatur cum aqua noua cum 3. vel 4. ſui, quouſque omnino ſit diſſolutum & conuerſum in argentum viuum, & ſicut prius diſtilletur, & hoc fiat toties, donec fundalia pœnitus ſint amota, & cum aqua diſtillata & ſic habes aquam viuificatam.

Decimaoctaua quæſtio.

Quare per quantum tempus durat illa diſtillatio? Reſpondetur quòd non eſt determinatum in maiori vel minori, ſed ſecundum maiorem vel minorem quantitatem aquæ ſeruatæ in fornace ignis.

Decimanona quæſtio.

Quare facta diſtillatione quid faciendum de aqua? Reſpondetur quòd terra quam ſuperius ſeparaſti & reſeruaſti, pulueriz abis, & pone eam in vaſe vitreo prædicto lutatis iuncturis amborum, & da ſibi de aqua prædicta diſtillata quouſque ſuper eam natet, coque igne leui, ſicut erat ignis putrefactionis, vel parum fortior quatuor diebus, vel quouſque aqua deſiccetur in terram, & pone de prædicta aqua, & coque, & ſic deinceps quouſque terra ſit alba & clara, & biberit aquam ſuam, vt ſic terra cum aqua putrefiat & mundificetur, quæ cùm mundificata fuerit auxilio Dei totum magiſterium dirigatur.

Vigeſima quæſtio.

Quare per quantum tempus ipſa purificatio & mundificatio terræ fit? Reſpondetur quadraginta diebus, & quan-

quandoque plus, & quandoque minus ſecundum maiorem vel minorem quantitatem terræ & aquæ.

Vigeſimaprima quæſtio.

Quare quid erit fiendum de terra ſic mundificata? Reſpondetur ponenda eſt in vrinali alembico, ſuperpoſito collocato vrinali inter cineres in fumo ſublimationis, cui detur ignis fortis, quouſque quicquid fuerit ibi de aqua deſcendat in alembicum, & terra remaneat in fundo vrinalis calcinata, tunc non habes aërem, aquam, terram, & ignem, quia illa terra eſt naturæ igneæ.

Vigeſimaſecunda quæſtio.

Quare vtrum lunaria debeant præparari eodem modo, ſicut corpus imperfectum? Reſpondetur quòd ſic, quia aliter non poſſent dignitatem fermenti aſſumere, quouſque ſint diſſoluta, putrefacta, diſtillata & mundificata ſicut dictum eſt de corpore imperfecto, & in ipſis regiminibus ſtat prima clauis totius artis.

Vigeſimatertia quæſtio.

Quare quid eſt faciendum de aquis diſtillatis ex lunaribus, & corpore imperfecto. Reſpondetur aqua corporis imperfecti eſt diuidenda in duas partes æquales: & vna pars debet coniungi cum aqua ſolis, id eſt, cum aqua diſſoluta à ſole, & reliqua cum aqua lunæ, id eſt, cum aqua diſſoluta à luna. Tunc ſunt duo argenta viua, verum etiam vnius ſpermatis ſunt creata. Deinde aqua lunaris debet diuidi in nouem partes æquales, & etiam aqua ſolaris & quælibet debet poni in ampulla ſeparatim & ſeruari inter cineres in calore lentiſſimo, ſicut eſt gallinæ nutrientis oua ſua.

Vigeſimaquarta quæſtio.

Quare quid eſt poſtmodum faciendum de iſtis aquis? Reſpondetur ſi vis procedere ad lunam: Recipe de terra corporis imperfecti calcinata dealbata, & diuidatur in quatuor partes & terræ ſolis, quæ dicitur fermentum ſolificum partem vnam, & terræ lunæ quæ

dicitur fermentum lunificum partem aliam, hoc eſt, ſi terra corporis imperfecti fuerit libra, pone de fermento ſolis ℥ iij. & de fermento lunæ totidem, & miſceantur bene ſubtiliter in vaſe rotundo vitreo cum paruo collo, & pone deſuper de aqua lunari ampullam vnam, & clauſo vaſe cum panno lineo ponatur in fumo phyſico inter cineres ad ſecundum ignem, & continuetur ignis continuè quouſque materia fuerit deſiccata: deinde detur tibi de alia ampulla, & ignis continuetur vt prius, & hoc fiat toties, quouſque materia fundatur, ſicut cera, & ex eo tunc eſt medicina perfecta ad album.

Vigeſimaquinta quæſtio.

Quare quot imbibitiones ſunt ſufficientes ad hoc quòd materia ad album liqueſcat ſicut cera? Reſpondetur ſeptem ad plus, & quinque ad minus.

Vigeſimaſexta quæſtio.

Quare per quantum tempus durant imbibitiones ad album? Reſpondetur quòd ſi corpus imperfectum fuerit libra, fixatur cum imbibitionib. ſuis in 90. diebus ad album, & in 90. dieb. ad rubeum, aliquando tamen fixatur in maiori vel minori tempore ſecundum induſtriam operantis, & ſecundùm maiorem, vel minorem quantitatem materiei.

Vigeſimaſeptima quæſtio.

Quare completa medicina ad album qualiter perficietur ad rubeum? Reſpondetur quòd accipiatur medicina de albo perfecta libram ſemis, & teneatur in cineribus calidis ad ignem primum, tandiu quouſque materia deſiccetur & incineretur, deinde detur ſibi ad bibendum prima ampulla de aqua ſolari ibi diſtillata à ſole, & continuetur ibi ignis ſecundùm quouſq; materia deſiccetur, poſtea detur ſibi alia ampulla, & ſic ſucceſſiuè imbibitiones continuetur & deſiccationes, quouſque materia rubificetur, & ſicut cera liqueſcat, & ſic erit medicina perfecta ad rubeum.

Viceſimaoctaua quæſtio.

Quare ſi aqua vnius ampullæ tam lunaris quàm ſolaris

laris eſt ponēda ſimul in vna imbibitione ſolarum vel luminum medicinæ? Reſpondetur quòd tantum debes ponere de aqua ſuper materias, quòd materia ſolummodo cooperiatur de aqua & non vltra, tunc continuandus eſt ignis, vſque ad deſiccationem: & tunc debet fieri ſecunda imbibitio, & ſic per ordinem vſque ad perfectionem medicinæ.

Vigeſimanona quæſtio.

Quare qualiter fiet projectio iſtius medicinæ ſolaris vel lunaris? Reſpondetur quòd pars vna ponenda eſt ſuper centum metalli imperfecti argenti viui calidi, & totum erit medicina, de qua medicina ponenda eſt vna pars ſuper 1000. & adhuc erit medicina, & de ipſa vltima medicina ponenda eſt vna pars ſuper 1000. corporis imperfecti, vel argenti viui calidi & mundi, & erit corpus lunificum vel ſolificum ſecundum materiam ſuæ medicinæ omne ſubſtinens iudicium & examen.

Trigeſima quæſtio.

Quare qualiter tota medicina alba vel rubea multiplicabitur? Reſpondetur, tibi dixi pater ſancte verbo, & ideo non dicam tibi ſcripto. Dixi enim tibi quòd nullus Philoſophorum fuit auſus dicere, immò conjuro te per creatorem æternum, vt non reueles hoc præcellens ſecretum, niſi filijs ſapientiæ & proiectis in illa arte, & eſt finis quæſtionum eſſentialium huius operis.

Expliciunt quæſtiones eſſentiales magiſtri Arnaldi de villa noua in arte noua.

INCIPIVNT QVAESTIONES accidentales magistri Arnaldi de villa noua.

DETERMINATIS quæstionibus essentialibus de compositione lapidis nostri philosophici fieri possibilibus: Restat vt ad quæstiones accidentales eius lapidis physici tibi per ordinem respondeam.

Prima quæstio.

Quare quot furnelli sunt necessarij ad operationem? Respondetur, quòd vnus sufficit, si fueris prudens indagator, quia vnus est furnellus putrefactionis, distillationis, incerationis, sublimationis, imbibitionis, & fixionis, sicut patet per figuram positam in fine quæstionum.

Secunda quæstio.

Quare quot sunt vasa necessaria? Respondetur si bene habes intellectum, quòd satis dictum est in quæstionibus essentialibus.

Tertia quæstio.

Quare si vasa debent claudi, & cum quo? Respondetur vasa putrefactionis debent claudi cum panno lineo stricto, & fixationis, distillationis, & incerationis debent lutari cum gypso & albumine ouorum, vel farina, vel albuminum oui per iuncturas receptionis, distillationis, non debent lutari cum vase alembici, sed detur remanere apertum.

Quarta quæstio.

Quæritur quot sunt ignes operationis? Respondetur quatuor, quos legens intellige per hos versus:

Primus dicatur in quo sensus dominatur.
Sensibus æquato gaudet natura secundo.
Tertius excedit, cuius tolerantia lædit.
Destructor sensus nescit procedere quarto.

Quinta

Quinta quæſtio.

Quare qualiter ſunt ordinandi ipſi ignes? Reſpondetur primus ignis eſt putrefactionis. Secundus diſtillationis & fixationis. Tertius incinerationis. Quartus eſt ſublimationis, qui eſt ignis ſeparationis animæ à corpore, & vocatur auis Hermetis.

Sexta quæſtio.

Quare quot ſunt colores in opere apparentes? Reſpondetur tres, quia tres ſunt colores principales apparentes in opere, ſcil. niger, albus, & rubeus: ſed multi ſunt alij colores, quorum primus eſt argenteus, ſecundus niger, tertius violatus, quartus citrinus, quintus viridis, ſextus, pauonis, ſeptimus argenteus, octauus albus perfectus, nonus citrinus, decimus cineritius, vndecimus croceus, duodecimus rubeus perfectus: & adhuc multi ſunt alij colores intermedij, de quib. non eſt curandum.

Septima quæſtio.

Quare quomodo apparent colores in amalgamatione? Reſpondetur quòd apparet color argenteus in putrefactione, color niger in ſuperficie. Tamen in coniunctione fermenti cum corpore variatur cum omnibus coloribus qui cogitari poſſunt: ſed in fixatione recipit colores firmos, qui nunquã delentur per ignem, quando proijciuntur ſuper corpora imperfecta fuſa vel ſuper argentum viuum calidum & viride.

Quæſtio octaua.

Quare quomodo medicina rubea dat pondus lunæ & corporibus non habentibus, & medicina alba diminuit pondus plumbo, & reducit ipſum ad pondus argenti? Reſpondetur, medicina rubea conſtringit partes lunę & aliorum corporum non habentium pondus ſolis, quouſque auro in pondere commenſurentur, & ſic conuertit naturam ſuæ formæ ſpecificæ, quam formã ſpecificatam auget propter perfectam & longam perfectionem ſui fermenti, quod fermentum attrahit, & corpus imperfectum conuertit, & aquam vitæ ad ſui

naturam perfectam. Medicina alba conſtringit etiam partes ſtagni, & dilatat partes plumbi, quouſque conuertatur ad naturam ſuæ formæ ſpecificæ, quam formam etiam attrahit, & conuertit corpus imperfectum & aquam vitæ ad ſui naturam, & perfectionem.

Ex iſtis prædictis ſequitur quòd argentum, cuprum, & ſtagnum omnino conuertuntur in aurum per medicinam perfectam & rubedinis, creſcunt pondera ſecundùm magis & minus, & diminuuntur quantitates argenti viui, & plumbum non creſcit in pondere, ſed diminuit quantitatem per illam medicinam, ſed tinguntur ſolum perfecta rubedine, plumbum verò, cuprum & ſtagnum diminuitur in quantitate, & creſcit in pondere, nec creſcit in quantitate, nec diminuitur in pondere, ſed albantur perfecta dealbatione ad omne iudicium & examen.

Nona quæſtio.

Quare quomodo eſt poſſibile nec intelligibile, quòd vna pars medicinæ conuertat mille millia partes argenti viui vel corporis imperfecti in corpus ſolificum vel lunificum? Reſpondetur quòd tota materia huius medicinæ per artificium & ſubtile ingenium conuerſa eſt in ſpiritualem ſubſtantiam, quæ apud Philoſophos quinta eſſentia vocatur, quoniam omnibus modis habet naturam informantis & formæ perficientis, & ideo forma habet naturam informandi, & ad infinitum ſi debita materia approximetur, propter hoc ſi eſſet poſſibile quòd tota aqua maris eſſet argentum immundum calefactum, vel corpus imperfectum fuſum & parum huius medicinæ deſuper poneretur, tota aqua illa conuerteretur in aurum vel in argentum: quia vna pars conuertit aliam, & ſic in infinitum faceret ita ſubitò, ſicut fit illuminatio, quia ex eo materia debitam habet aptitudinem recipiendi formam, & illa medicina in ſimili forma finiſſima habet naturam informandi, ideo nec nõ ex quo ſunt debitum approximatur, & non impediuntur agentia immediatè, ſequitur effectus eorum, & actio debita.

Decima quæſtio.

Quare quomodo eſt intelligendum illud prouer-

bium

bium antiquum Philoſophorū, vnus eſt lapis, vna medicina, vnum vas, & vnum regimen ad album, & ad rubeum ſucceſſiuè faciendum? Reſpondetur, dictum eſt ſuperius quòd natura metallorum eſt vna, & argentum viuum inſpiſſatum calore ſulphureo in ventre terræ, & quòd non differunt metalla niſi penes mineralia. Deinde etiam quòd oportet reducere metalla ad ſperma, quod equidem immediatè eſt argentum viuum. ex quo ergo omnia pigmentalia huius operis reducuntur ad argentum viuum, & coniuncta ſunt inuicem vnire argentum viuum album vel rubeum ſecundum tamen maiorem decoctionem vel minorem. Ideo dicitur lapis viuus ſcilicet argentum viuum, quod eſt ſperma metallorum immediatè eſt vna medicina, ſcilicet dealbata vel rubificata vnum vas putrefactionis, & ſucceſſiuè vnum vas diſtillationis, & vnum vas fixationis, & vnum regimen putrefactionis, vnum diſtillationis, vnum cinerationis, & vnum regimen fixationis ad album, & ad rubeum.

Vndecima quæſtio.

Quare quomodo eſt intelligendum iſtud verbum in metheoris argenti viui ſulphuris albi non vrentis congelat argentum viuum, & conuertit illud in argentum, & vis ſulphuris non vrentis rubei congelat argentum viuum, & conuertit ipſum in aurum, & illud maximum quod poſſunt Alchimiſtæ acquirere in hoc mundo? Reſpondetur quod Ariſtoteles in lib. metheororum oſtendit, poſſibilitatem artis alchimiæ & eius veritatem, & poſuit conuerſionem vltimam artis alchimiæ. Sulphur album eſt medicina alba perfecta. Sulphur rubeum eſt medicina rubea perfecta. Et cum Alchimiſtæ albedinem perfectam & rubedinem ad lapidem perfectum ad album & ad rubeum habent, eſt illud maximum quod poſſunt acquirere in hac vita per artificium huius artis.

Duodecima quæſtio.

Quare etſi quis dicit eſt hoc verū q; dicit Ariſt. gaudeāt Alchimiſtæ, qa vna ſpecies in aliā tranſmutari non

poteſt, poſſunt enim medicinas plũbi tergere vt videan tur aurum, tamen ſemper erit plumbum: cauſa eſt eius origo? Reſpondetur q̃ in iſtis verbis oſtendit Ariſt. duplicẽ modum Alchimiæ: vnum ſophiſticum, & alterum verum. Modus ſophiſticus falſus eſt illorum qui operantur, ſecundum quòd dictum eſt in principio noſtræ operationis, qui non reducunt pigmentalia ad ſperma eorum, & ad tales loquitur Ariſtoteles cùm dicit: quod vna ſpecies metalli non conuertitur in aliam per vllum modum, niſi falſo & ſophiſtico modo, vt ipſe exemplificat in litera ad illos qui loquitur operantur noſtrum modum, verum loquitur in eo quòd concluditur in fine cùm dicit niſi reducantur ad materiam primam: quia dicit vnam ſpeciem in aliam tranſmutari non poſſe ſecundum modum ſophiſticum, ſed ſi metalla reducuntur in materiam primam ſecundum modo verum philoſophicum bene permutantur, & multiplicantur in ſemine eorum ſicut res cæteræ. & ideo quia per artificium omnia pigmẽtalia noſtræ operationis reducuntur in primam materiam, id eſt, in argẽtum viuum: ideo operatio noſtra eſt poſſibilis vera & certa, & per nos ſolos inueſtigata.

Decimatertia quæſtio.

Quare quomodo intelligitur illud verbum quod dicit Pythagoras, quòd qui argentum viuum à corporibus abſtractum non ſcit coagulare in ſulphur album patiens ignem, nullam viam exigit ad albedinem. & qui argentum viuum, id eſt, corporib. abſtractum non ſcit coagulare in ſulphur rubeum patiens ignem, nullam viam exigit ad rubedinem, & non fatiget corpus ſuum ad ea, quæ inueniri non poſſunt. Reſpondetur quòd aqua non coagulatur, niſi corpus cum quo coniungitur, diſſoluatur, nec corpus diſſoluitur, niſi aqua coaguletur, & quando aqua congelatur diſſolutione corporis, dicitur aqua permanens: & iſta non coniungitur cum auro, niſi aurum ſit diſſolutum putrefactum, diſtillatum & incineratum, & tunc dicunt Philoſophi illud aurum non eſt vulgi, ſed noſtrum. Idem dicunt de argento.

Etſi

Et ergo argentum viuum non coaguletur cum corpore, ut dictum est in operatione nostra, & per eum & cum eo fixetur & coniungatur, cum argento nostro præparato, vt dictum est in operatione ad album, & cum auro nostro, vt dictum est in operatione ad rubeũ, neq; possemus peruenire ad perfectionem huius artis. Multæ aliæ quæstiones possunt fieri de prædictis, quas tamẽ faciliter, per ea quæ dicta sunt potest soluere perfectissimus indagator. Et nota circa materiam huius vltimæ quæstionis verba Pythagoræ dicentis, qui argentum viuum non coagulant album ignem patiens, & argento mero non coniungit, nullam viam exigit ad albedinem, & qui argentum viuum non constituit rubeum omnem sustinens ignem, & auro mero non coniungit, nullam viam exigit ad rubedinem.

Nota Plato, sulphur nostrũ est adeo spirituale quod ipsum non permanet in curis naturæ, nisi occupaueris ipsum cum corpore, de quo præparasti ab initio. Coniunge ergo ipsum cum fermento, scil. cum sole vel luna nostra.

Expliciunt quæstiones accidentales magistri Arnaldi de villa noua.

INCIPIT COMPENDIVM Magistri Raymundi Lullij Philosophi de insula maioricana in arte magna quo ad compositionem lapidis Philosophorum.

INCIPIT Compendium artis magnę secundum cursum naturę informatum virtute cuius sine eleuatione mentis vel corporis videre poteris spiritus figuratos, in aëre condensatos in forma monstrorum & diuersorum animalium, & hominum humanorum, qui vadunt sicut nubes modo huc modo illuc. Et hoc totum fit ex principijs naturalibus certis artis formatis, virtutibus misticis existentibus ab alijs actibus naturalibus, cum quibus ars magica formatur naturaliter.

Quare ſi velis intelligere proprietatem huius ſcientiæ, intellige ſua inſtrumenta per quæ formatur, & vnde poteſt exire, quia de vna ſcientia formatur vna alia. Fili duæ aquæ ſunt extractæ ab vna parte naturæ, per quas confirmatur tota ars alchimiæ, vnde vna facit lapidem volatilem cum modo & manerie, & alia facit eum fixum ad velle operatoris, & ſecum fixatur, & ibi natura operatur, ſicut clarè conſtat per opertorium.

Confirmatur etiam tota ars lapidarij per duas ſimiles aquas factas per alchimiam, ſed ſunt alterius naturæ, quamuis de eadem materia fiant in vno principio. Similiter præſens ars continet ſua inſtrumenta, in quibus ſunt virtutes fixæ naturaliter quæ faciunt eorum potentia fieri multa mirabilia poſtquam introductæ ſunt in proprijs retinaculis ſine forti actione ad eam quæ dicitur communis, niſi ſimplici natura ſtante in elementis ſimplicib. & compoſitis. Si vis inde ſcire conſequenter in arte magica columnas quas diximus, ſupra quas eſt fundata, reperies in libro totius artis magicæ, quæ ſunt electa ſolum pro bonis & intelligentibus qui aſpicere omnino ceſſant in cauſis diuinis, & hoc totum demonſtratum eſt in libro ſuperius allegato. Ille liber allegatur in lapidario in capitulo vbi loquitur de Dyamantis compoſitione, circa medium capituli, vbi dicit: ſed quamplures ſunt qui neſciunt ſenſus libri magicę quem dedimus bono Regi Odoardo, & vbi mirabilia videbis, quomodo debes agere de facto, & caueas de modo quòd non poſſit confundere te per inuidiam, ſed operare iam extra omnem gentem, nec dico tibi amplius prædicta de cõpoſitione lapidis Philoſophorum, nec non lapidis prẽcioſorum, lapidis principia vegetabilis, & mineralis. Compoſitio aquæ vitæ primo.

Recipe nigrum nigrius nigro, eius partibus decem & octo, & diſtilla in vaſe vitreo, & in prima diſtillatione ſolum recipe partem vnam cum dimidia, & hanc partem iterum pone ad diſtillandum: & huius ℞. quartam partem, & tertiò diſtilla, & huius ℞. duas partes, & in quarta diſtillatione paucum minus quàm totum, & ſic diſtilla illa ad octo vel nouem vices.

Aqua

Aqua liquefactiua ſolis & lunæ.

R. 4. partes huius aquæ ardentis, & eas acua, diſtillando illas cum vegetabilibus partibus, quæ ſunt appium, ſquillæ, & vide in anima artis, & poſt pone aquã ad duas circulationes in fimo calidiſſimo vel in vinacea vel in balneo. Hæc aqua diſſoluit omnia corpora metallorum cum ſuarum ſpecierum conſeruatione, pro vt poſtea inferius demonſtrabitur, quæ eſt de vna, ſine qua nihil poteſt fieri in magiſterio huius artis.

Aqua calcinans omnia corpora.

Germina capillorum collige, & de eis recipe quinq; vncias cũ dimidia, & de aqua etiã vncias duas cum dimidia, cuius pondus eſt octo vnciarũ librarũ, & totum mixtum ſubtiliter moles in molendino marmoreo, donec totũ diſſoluatur in aquã claram, & ponas in vaſe vitreo cum alembico ſuperpoſito, & diſtilla totam materiam, primò faciendo ignẽ de ſecaturis lignorum capiendo de ſecatura duas partes, & de carbonib. paruis vel tritis vnã cum dimidia, & parum de furfure ſicco, & accende ignem, & dimitte quod deinceps accendatur perſeipſum quouſq; incipit diſtillare ab vno pũcto vſque 20. puncta, & etiã cum paruis lignis incipe fortificare ignẽ faciendo flammã rectè ſub materia, & ignem ſic cõtinua, quouſq; reuertatur ad quindecim vel duodecim vel etiã ad pauciora puncta, & poſt cõtinua tuũ ignem, & illũ continua ſecundũ punctum ſuæ diſtillationis, & poſt ignem fortifica per vnum punctum ſuæ diſtillationis, vlterius & illũ continua quouſq; videbis quod amplius nõ diſtilletur & hoc cognoſces quando alembicus perdet ſuã rubedinẽ, & etiã ceſſa, & dimitte infrigidari, colligeillũ & conſerua in loco calido & humido, & caueas ne valeat quoquomodo reſpirare.

Vaſis conſeruatio.

Et memorare quod habeas palleã vnam in lutamento roſtri alembici, & collo recipientis, vt aliquando illã extrahere poſſis, vt recipiens habeat reſpiraculũ, quoniam tantus eſt ſubitus calor, quod illud vas continens ſufferre non poſſet calorem illum extenſiuum. Igitur quandoq; oportet quod aperiatur, & quandoq; claudatur cum palea.

Subito fiat huius aquæ operatio.

Nota quòd hæc aqua ex re vili, facta habet vigorem conuertendi corpora in ſuam primam materiam, quæ coniuncta virtuti vegetabili eſt multæ perfectionis, & ſtatim poſtquam diſtillata fuerit, vult poni ad practicam, ne ſpiritus qui eſt ſubtilis, & extraneæ naturæ pereat propter aerem, quoniam ingreſſus eſt plenus de aere.

Naturalis calcinatio lunæ.

℞. vnciam vnam lunæ capellatæ, ſiccæ per forte cineritium valde bene ſubtiliatæ, & fac paruas petias cũ forpice, & pone medietatem eius in vno vaſe ſolutorio ſiue liquefactorio, & ſuperpone vnciam vnam cum dimidia de aqua calcinatiua, & aliam eius medietatem pone in vaſculo ſimiliter ſolutorio cum alia vncia & dimidia dictæ aquæ: & claude bene vaſa cum ſuo cohopertorio, & luta iuncturas cum farina & clara oui, & pone hæc vaſa ad bulliendum per tres dies vegetabilis aquæ acutæ ℥.j. in vna ampulla cum collo longo in qua poſueris vncias tres aquæ calcinatiuæ. Et ſubitò cooperi ampullam cũ ſuo cohopertorio, & bene claude cum cera, & bene ſeparabis, ſeu collocabis in balneo per duos dies naturales, & in illo tempore totum vegetabile erit cõuerſum in aquam claram, & reperies ipſum ſolutum.

Calcis ab aqua calcinatiua ſeparatio.

Metallum calcinatum in duobus vaſibus ſolutorijs ſepara ab eo aquam colando claram cautè, ne terra ipſius poſſit aliquo modo aſcendere, nec aqua turbidari, quam aquam pone ad partem bene claudendo vas ipſius. Deinde recipe terram ipſius lunæ calcinatæ cum aliquantulo ipſius humoris, & pone ad ignem cinerum cum alembico & recipiente, & cum igne ſeruiente ſpacio horarum duodecim, liquorem diſtilla, & caue à forti igne, quoniam in forti calore ſolis fit aliquando ſeparatio hæc, deinde permitte ignem frigidari per ſe, & habebis lunam optimè calcinatam.

Occul-

Occulta lunæ Philoſophorum ſolutio.

Vegetabilem ignem ſolutum in aquam calcinatiuã; recipe ſalis cum aqua ℥.iiij. & calcis lunæ ℥.j & ponas ſimiliter in vaſe ſolutorio, & cohoperi proprio cohopertorio, ita quòd ingrediantur intus, & caue ne ponas in aliquo alio colore, donec operatũ fuerit ſua propria virtute, & quando requieuerit, luta bene iuncturas, ponas in balneo per tres dies naturales, & poſtea cola aquam & diſtilla humorem, & calcina terram, quemadmodum ſuperiùs feciſti: Et tantũ reitera quod totum diſſoluatur iſto regimine in forma liquoris, & totum pone ad partem liquorem diſſolutum per artẽ, quoniam eſt ſubſtantia corporis portata per aerem.

Liquoris lunæ congelatio.

Incontinenti poſtquam luna fuerit ſoluta in liquorẽ in duplex vas circulationis partiendo ipſum liquorem in duas partes æquales, & pone in quolibet vaſe an. duas ♄. de dicto liquore lunæ, & ſuperpone ei in quolibet vaſe ana tres ☉. de qua prima vna rectificata, & pone in furno habẽte duo brachia, vbi vnus ignis temperatiſſimus poſſit calorem partire, & colloca tua vaſa, & liga circumquaque ad latera alembici & bene ſpiſſas ſpongias, quas ſuper tene madidas aqua frigida, & vbi intrant cucurbitæ ſint ſtrictæ, & quando ampullæ ſentiunt calorem, ſtatim videbis fermentum cum aqua ſua aſcendere, & diſtillabitur de vno vaſe in aliud continuè, & quantum aſcendit de vno vaſe, tantum intrat de alio, & ſic videbis qualiter ratione caloris ſubtiliatur ſpiritus, & inſpiſſatur propter fermentum, & quanto ex diſtillatione fuerit leuior ingreditur, tantò etiam erit ſubtilior ſpiritu, & fortitudine, & ingroſſatur continuè fermentum. Hunc autem modum tene, donec amplius non aſcendat, & cum fermento fixabitur, & in lapidem conuertetur, quod fit in 20. vel 10. diebus.

Aquæ elixiris in oleum conuerſio.

Vaſa ambo extrahe ſimul cùm materia fuerit congelata, & loca in fimo vel in balneo, & interius ſoluetur in duobus diebus, & interius congela, & hoc facter, & amplius, & manebit in Dei virtute & Dei potentia exaltatus quod bene congelare non poterit, quum vt oleum videtur aliquantulum inſpiſſatum.

Verum quia hic modus abbreuiatus eſt præcioſiſſimus, quoniam in decem diebus congelatur coniuncta eſſentia ſuper fermento lunæ, & cum fermento fixatur, eò quòd res multum groſſa, & terreſtris & firma eſt in luna, ſed non ita citò ſoluitur poſt congelamentum fixationis quintæ eſſentiæ lunæ, ſicut in ſole, vnde quaſi in fine complementi ipſius non eſt diuerſum in albo & rubeo. Medicinam hanc completam ſi iungas cum ſulphure ſaturni vel Ioqis, facit tranſmutationem ſecundum hoc fermentum.

Modus medicinæ ad rubeum.

Sufficienter per Dei gratiam diximus de albo, nunc dicamus de rubeo, omnia ſimul in menſura cõcordant cum operibus lunæ in ſua operatione, ſi ſcis operari phyſicè cum aqua corruptibili quæ ſua magna virtute diſſoluit totum ſolem & ſublimat ipſum in aerem quidem noſtrum fermentum.

R. igitur in Dei nomine vnciam vnam aquæ compoſitæ lunæ diſtillatæ per alembicum prius, & in illam proijce vnciam vnam aquæ vegetabilis, & vnciam vnã ſolis calcinati: Poſtea pone in balneo per duas dies aut quatuor infra dictum terminum, inuenies totum nigrum, ſicut carbonem: id totum ſimul compoſitum ſimiliter cum aqua pone in vaſe circulationis, vna cum duodecim partibus aquæ vitæ rectificatæ 6. & cùm ampullæ ſentiunt calorem, ſtatim ſoluitur fermentum ſimul, & videbis continuè ſolem in principio diſtillari, & vltimò figit, & in lapidem conuertit.

Deve

De reductione lapidis in aquam & oleum.

R. igitur ambo vaſa ſimul extrahendo à furno, & loca in furno vel balneo, & ſtatim in vna nocte ſoluetur, & iterum congela, & hoc fac ſimul ter vt de luna feciſti, & amplius in Dei virtute manebit exaltatus, quòd bene congelari non poterit, quoniam vt oleum videbitur inſpiſſatum, & hic præcioſior eſt omnibus modis. Et Deus nouit quòd hic mod⁹ in effectu ſubtilitatis, & virtute bonitatis cunctis operibus mundi eſt ſubtilior & melior, quãuis illas ꝓprietates Elixiris magni non habeat, quas Philoſophi habere affirmant. Tamen ſi hanc medicinam immiſceris cum ſulphure veneris vel martis, tranſmutabit ſecundum hoc fermentum.

Augmentatio medicinæ.

Non arbitreris quum hæc medicina non habeat etiam modos ſuos multiplicationis, ſicut aliæ. Igitur ſi cum ſole iſto ſic ſoluto benè miſcendo impaſtaueris argentum viuum ſex vicibus ſublimatum, & ſit pro vna ſolis ſeptem mercurij, & poſtea ſublimaueris impaſtatum aliquibus vicibus ſemper ſublimatum ſuper fœces reducendo, fixabitur in medicinam penetrantem & tingentem. Item aliud miraculum ſi ana ℔. huius olei ſic ſoluti per ſe ponetetur in igne lentiſſimo octo diebus cum centum partibus, vel an. m. congelaret totum in aurum. Hæc enim mirabilia ſunt in natura: & hoc ideo fit, quia ſpiritus aquæ ſoluit, ac aurum cum auro inſeparabiliter fixatur, & etiam oleum lapidis philoſophorum occultum tibi reuelatum in libro de Quinta eſſentia, facit hanc medicinam penetrabilem & amicabilem & coniungibilem omnibus corporibus, & augmentat eſſentiam vltra modum, ſic quod non eſt in mundo ſecretius iſto: vnde ſi ſcineris hoc bene ab aqueitate ſeparare, iam dico poteris in 30. diebus lapidem componere.

Hîc nota optimè.

Nam in prioribus epiſtolis demonſtrauimus, quali-

ter corpora perfecta habeant diſſolui in aquam lapidis, & qualiter habent purificari & fixari ſcil. vnde vltimo reſtat oſtendere à corporibus imperfectis poſſumus ſulphur naturæ extrahere & amborum vnione.

Recipe igitur calcē cuiuſcunq; corporis volueris, & pone in ampulla, quæ habeat collū longum, & ſuperpone de aqua vitæ rectificata quæ ſupernatet quatuor digitis, & poſtea pone ſuper cineres, & bulliat leuiter per diem vnam naturalem, & poſt bullitionem pone in fimo calido vel ſtupha per duos dies naturales vt melius digeratur, & ſeparentur partes ſubtiles materiæ à groſſitudine ſua.

Tranſacto tempore recipe trade inclinando ipſam vt aquam poſſit cautè extrahere. Recipe aquam illam claram in vna cucurbita, & caucas, ne feces turbentur ratione inclinationis vaſis, & in cōtinenti cohoperi cucurbitam cum ſuo cohoperculo: & pone in fimo vel ſtuphā ſicut prius feciſti vaſe bene clauſo: & facta euacuatione infunde aliam aquam ſimilem primæ quæ ſupernatet vt primo, & fac bullire, & pone in fimo, & iſtas operationes reiterabis, donec corpus à ſuis ſpiritibus euacuetur. Et ſi tibi aqua defecerit, ſume cucurbitam, in qua ſunt omnes liquefactiones, & ſuperpone alembicum, & diſtilla aquam lento igne, ſcilicet per balneum in tantum quòd habeas duas partes liquefactionis, & de iſta aquā pone ſuper materiam corporis quæ eſt in ampulla vſque ad quantitatem priſtinam, ſcilicet quatuor digitorum, & ſic reiterabis, donec terra ſit vacua, quam probabis ſic: Accipe modicum de illa, & ſicca ad ſolem, & ſi fecerit fumum, reiterabis dictas operationes, donec videas quòd non fumat: Tamen teneas tuas liquefactiones ſemper in loco humido & calido, quia melius conſeruantur. Vnde cùm omnia iſta compleueris completè, tunc extrahe materiā tuam ab ampulla cum aliquantulo de prædicta aqua, & pone in cucurbita, & ſuperpone alembicum, & deſiccetur materia, qua deſiccata ſcias eius pondus, & ex ſicco habeas aquam vitæ peroptimè rectificatam in vaſe circulationis, & de ipſa aqua ſua pondera ipſius terræ ſuperpone, ſed tam citò pone alembicum, & claude

bene

bene iunctura, & cum lentiſſimo igne diſtilla, & cõpleta diſtillatione dimitte infrigidari, & etiam videas quòd terra ſit bene ſicca, & iterum pone aquam nouã in ſimili gradu rectificationis exiſtentem ſecundũ pondus prædictum, & omnes aquas illas quas à terra extrahes, pone ad partem in ampulla bene obturata, & omnes iſtas operationes reiterabis, donec terra in puluerem ſubtiliſſimum & impalpabilem ſit redacta.

Mercurij vel liquefactionis exhibitio.

Modo dicamus de calcinatione liquefactionum ſiue ſpirituum. Quibus omnibus ſic peractis & præparatis, recipe vas in quo ſunt omnes liquefactiones, & ſuperpone alembicum, & diſtilla aquam per balneum donec videas in fundo vaſis materiam ad modum ceræ fuſæ vel mellis, & tunc balneũ permitte infrigidari: quo infrigidato mitte deſuper de illa aqua, quam extraxiſti à terra tantum quòd deſuper emineat per quatuor digitos, & pone ad inhumandum in fimo vel ſtupha per vnum diẽ naturalẽ, vaſe optimè obturato. Quo tranſacto per alembicum, diſtilla aquam cum igne mediocri, & pone ad partem. Facta iſta diſtillatione & vaſe infrigidato, pone ſuper materiam in fundo remanentẽ de iſta aqua terra abſtracta quòd emineat quatuor digitis, & pone ad inhumandũ vt ſuprà, & diſtilla vt ſuprà, & omnes iſtas operationes continuè reiterabis, & hæc materia dicitur argentum viuum exuberatum vel lac virginis, &c.

Argenti viui Philoſophorum ſublimatio.

Memorare quoniam ſal ex prius dictis ſic fit. Completa iſta exuberatione, ſcias pondus prius dicti puluꝛis ſuperius reſeruati ſubtiliſſimi, & imbibe eum cum medietate ſui ponderis aquæ exuberatæ, & pone ad inhumandum & nutriendum cum calore fimi per octo dies, & in fine iſtorum octo dierum inuenies materiam tuam nimis humidam, & ſuperpone alembicum, & diſtilla illam cum leuto igne, recipiendo aquam, qua deſiccata cum moderamine iterato ſcias pondus, & pondere notato, repone aquam quam nunc recuperaſti, &

de iſta aqua exuberata fac complementum ad mediꝛ tatem ſui ponderis, & omnes iſtas tales imbibitiones, inhumationes, & calcinationes; donec tota terra bibat de tali ſua humiditate & partes ſui: Et hoc cognoſces ad tale ſignum; quòd ſi ponas modicum de ipſa ſuper laminam ignitam, etſi euolauerit bene eſt, ſin autem, reitera imbibitiones, inhumationes, & calcinationes, donec conſequutus fueris ſignum prædictum. Quo autem conſequuto pone ſupra cineres, & da ignem primò lentum, & paulatim fortificando; donec tota materia aſcendat ſuperius ad latera vaſis, & dum ſublimatum fuerit, dicitur corpus exaltatũ in ſale mirabili quod omnes Philoſophi clamant lapidem & ſulphur naturæ.

Eiuſdem ſalis vel ſulphuris prius dicti inceratio ſic fit.

Recipe prædictum ſal cuiuſuis metalli factum totũ, vel aliquam partem, & pone in crucibulo, & ſuper cineres calidos ſitua ipſum, & dum erit aliquantulum calidum, pone de dicto oleo guttando guttam ad guttam, donec ſit de ſpiſſitudine mellis frigidi, & tunc remoue ab igne, & dum erit frigidum recipe de maſſa illa modicum, & proba ad flammam candelæ ſi leuiter funditur, factum eſt: ſin autem non, reitera vt prius, donec leuiſſimè fluat ante mercurij fugam.

Lunæ autem oleum habet virtutem, fixationem, ac dat fuſionem leuẽ ſuper omnia ſalia facta. Incera ergo ſal iouis, vel ſulphur factum ex Ioue, donec fluat, & proijce vnum pondus ſuper 100. ſaturni, & erit opus perfectiſſimum omni naturali, ſed ſi oleum eſt de ſole, inceratur cum ſale martis vel veneris, &c.

Explicit Magica minor Raymundi Lullij de Inſula maioricana.

INCI

INCIPIT TESTAMENTVM MAGISTRI ARNALDI DE villa noua.

EGo Arnaldus de villa noua, incipio iſtum librum in nomine Ieſu Chriſti, quia breuiter volo declarare veritatē de lapide Philoſophorum, & dicere quid ſit & quantum valet, & quotmodis fit, & pro tanto, quia nominabo nomen ſuum amore veſtri, quia eſtis Domini mei; & nunquam aliquis Philoſophus voluit talia facere in libris ſuis: Idcirco ſupplico vos, quod librum iſtum taliter cuſtodiatis, quòd non publicetis in regno alieno, quia pro certo illi, qui quæſierunt iſtam ſcientiam, non inuenire potuerunt, inhabuerunt artem pro nihilo, & ita bene ille qui non eſſet dignus, ſicut ille qui de hoc dignus eſſet. & pro tanto domini ſupplico vos & omnes alios qui iſtum librum videbunt, quod ſit aliquo malè ſcriptum, vel impropriè loquutū, quòd de hoc non ſim aliquo modo reprehenſus ſimplicitatis meæ & ignorantiæ, quia pro dubio quando feci iſtum librum, ego pro tunc in lecto meo eram grauiter infirmus, ſic pro tanto dicebatur, quod non poſſem euadere de tali infirmitate, iſtum librum feci valde feſtinanter propter vos. & in nomine mei teſtamenti. & pro tanto voco iſtum librum nouum teſtamētum. Adhuc eſt alia ratio, quia de iure debet vocari nouum teſtamentum, quia ſicut veritas noſtræ ſalutis erat ſub vmbra cohoperta, & ſub antiquo teſtamento ſeu in veteri & fuit diſcohoperta, & aliter declarata in noue Teſtamento dicitur illud, quod Philoſophi celauerunt & cohoperuerunt in libris ſuis antiquis declarabo in iſto libro nouo.

INCIPIT LIBER NOVI TE, menti & diuiditur in tres partes principales.

Prima pars loquitur de lapide Philoſophorum qui nobis Deus dedit gratis.

Secunda pars loquitur de lapide Philoſophorum, qui fit artificialiter.

Tertia pars loquitur, & oſtendit tranſmutationem de duobus metallis magis vilibus & infirmis in duo alia metalla nobiliſſima, videlicet de ſaturno in ſolem, & de Ioue in lunam. Dominus noſter omnipotens cui ſit gloria & honor, dedit nobis duos lapides, vnum pro albo, alium pro rubeo ita abundanter quòd cibi veſtri nullius ſint valoris, quia quilibet eos poteſt accipere ad libitum voluntatis ſine aliqua conditione. Et pro tanto dicit vnus Philoſophus qui dicitur Alchirindus, non aperiam burſam veſtram pro maioribus expenſis in iſta ſcientia, quia ille qui dat omnia bona abſque diminutione ſine theſauro, præparabit nobis lapidem, qui complebit deſiderium veſtrum, ſi vos ſcitis illum præparare: Nam iſte lapis albus vel rubeus eſt talis, quia tenet ipſe medium inter metallum & mercurium, Mercurius viuus non aliquo modo poteſt manere in metallo ſine medio, ſicut anima nulla poteſt manere in corpore hominis abſque ſpiritu, qui ſit mediũ inter corpus & animam. Et dicam vobis quomodo quando puer eſt generatus in ventre matris, ibi ſtat 40. diebus antequam ſit formatus de omnibus membris, & de omnibus quatuor elementis: & eſt illa materia ita nobilis, quòd hæc eſt ſimilis de natura cœli propter ſuam nobilitatem, ſeu ſubſtantiam & ſubtilitatem, quam in ſe cõtinet, & iſtas res nominant ſpiritus, quia ita dico quòd ſpiritus eſt firmatus pro tanto, quia eſt iſta ſubtilis & ſpiritualis anima citò deſcendit infra per præceptum Dei & voluntatẽ ipſius Dei: & ſic ſpiritus diffunditur per totum corpus propter naturam quã ipſe habet, & tenet de corpore, & ſicut de tanta eſt anima de corpore, nec de eo ſeparabitur, donec ſpiritus primò

primò exeat de corpore, & ſicut corpus creſcit & ingroſſat paulatim, ſic creſcit omnis ſpiritus infra per omnia membra & ingroſſatur.

Sic eſt nec plus nec minus de iſto lapide albo vel rubeo, quia ipſe eſt medium, & ſpiritus inter mercurium viuum & metallum, & remanet in perpetuum, atque tenet ſuam menſuram & defectū, & qui ſcit illum aqua rectificare, atq; ſublimare, & perfectè in omnibus præparare, cadit vna pars de eo ſuper tantum quod marca vna de puro ſole, non deberet conſtare vltra quatuor ſolidos.

Notum ſit omnibus qui legitis iſtum librum, quòd iſte lapis benedictus vocatur minoris id eſt mercurium ſulphuris, de iſtis duabus partibus dicit Morienus Philoſophus, quod ſi duo lapides, quibus Deus dedit talem benedictionem, & virtutem, præparetis, & taliter quòd ſint ſicut butyrum, & eis detis tantum de mercurio quòd appareat ſicut venenum, & ſic remouebit nigredinē de plumbo, aqua rubedinem de cupro & dabit ſibi perpetuū colorē. Vera præparatio iſtius lapidis talis eſt, quòd debet cognoſci de qua linea ſiue de quo genere ſit, & poſtea debes emundare per multas ablutiones & fortiter mundificare, & poſtea vnire & iungere mercurio ſublimato ſex vicibus, faciendo ſublimationem in tantū quòd totum ſit vna res aquæ ad vnam rem peruenient: & ſic poſtea ſequuntur putrefactiones & diſſolutiones cum mercurio viuo in tantum quod liquefiat ſicut cera, & tunc eſt lapis rectificatus.

Secunda pars libri.

Hic incipit ſecunda pars huius libri, qui loquitur de lapide Philoſophorum qui factus eſt, & fieri poteſt per artem ſiue artificialiter pro tanto, quia plures non cognoſcunt illum lapidem quē nobis Deus dedit gratis, propter hoc inueniūtur multi de hac ſcientia, qui ad finem quòd poſſint iſtum lapidē habere, ibi faciunt maximas expenſas, & neſciunt, immò ignorant, quod ante quā de tali lapide phyſico poſſint medicinā facere, q̄ oportet ſit ſemper de natura narrata & quando operati ſunt per longū tempus, quo lapis eorū eſt de tali natu-

ra, tũc ipſi credunt ſe totũ adimpleuiſſe, & poſtea quã-
do ipſi faciunt ſuas ꝓiectiones, nullã pœnitus ꝓfectio-
nem inueniunt cautam quare, quia ibi annectant vbi
deberent incipere operari cõmuniter, quando circa la-
pidẽ ſuum deberent putrefactionem facere, ſiue quan-
do putrefactus eſſet, deberent ſublimare eum, & mer-
curiũ ei adiũgere, atq; omnes operationes facere, quas
diximus in primo libro de lapide naturali, taliter quòd
liquefiat, & ſe cõiungat, & tunc eſt medicina: nec ꝓ tũc
vocatur elixir, adhuc eſt vna alia ratio, quare ipſi defi-
ciunt de ſuo propoſito & deſiderio, quia quando ipſi
fecerunt ſuum lapidem, ipſi laborant vt poſſint eũ tin-
gere ſic quo nihil, eſt. n. lene, quæ perdidit ſuam humi-
ditatem, per quam debeat ſe iungere & vnire, & de hoc
dicit vnus Philoſophus, ſpiritum minus fixum nullo
modo tenebunt, & aliqui boni fecerunt, quandiu te-
nuerunt, nec ipſi aduertunt de lapide Philoſophorum,
quẽ nobis Deus dedit, qui pro parte eſt fixus, ille nullo
modo teneret naturam viui mercurij & metalli: quia in
natura non fixa tingit ſe, & vincit mercurium viuum, &
quando iunctus eſt, ſic iunctus incorporat ſe cum na-
tura quæ fixa eſt, & per lauationes & deprehenſiones
fixat ſe vnus cum alio perfectè, retinendo humiditatem
ſuam naturalem: ſic non perdit ingreſſionem quod
modis fit vnio artificialiter, diuerſi homines ſeparant
diuerſimodè de lapide Philoſophorum, & volunt ipſi
facere artificialiter tali modo: quia quidem accipiunt
viuum mercurium, & illum tingunt & ponunt cum li-
matura cupri, & tantum in ſimul teruntur in mortario,
& abluunt omnes immunditias, & tot vicibus faciunt
ſic, quòd totaliter mũdantur ab immunditijs. Quæ au-
tem fecerũt ibi, & taliter præparatur illud quod poſ-
ſit tranſire per vnum pannum lineum, & oportet facere
aſcenſiones paulatim per interualla, & cum moderatione, & poſtea iungunt atq; vniunt purum ſolem tali
modo vt prius dictum eſt, videlicet decoquendo ſu-
per ignem, & iterando atque mouendo fortiter in tan-
tum, quòd totum poſſit tranſire per pannũ lineũ, & fa-
ciunt longas & prolixas decoctiones in tantum quòd
totus ſit lapis, & quando totũ eſt lapis, ita ſunt propè
veri-

veritatem, ſicut in principio fuerunt, ratio & cauſa patet eſſe talis, quòd proportiones calidæ, frigidę, ſiccę & humidæ, non fuerunt cuſtoditæ in principio per qua cum minus ſit de vno, parum de reliquo: & quia ibi minus eſt de mercurio viuo non fixo qui retinuit ſe & iungit cum metallis in ardore ſolis propter longam decoctionem, aliquando facit aliqua metalla ad valorem eius peruenire, & pro tanto dicit Philoſophus, ſi in compoſitione lapidis fuerit maior pars ſpiritus non fixi vel de fixo, retinet ſecum meliorem partem de non fixo, ſed qui vellet deducere iſtam artem ad veritatem, & ad claritatem, oportet facere tantum per ſubtilitatē quòd non ſit in iſta compoſitione, niſi tantum de mercurio, quantum de duobus alijs corporibus, & poſtea tenere in lento igne in tantum quòd totus mercurius ſit fortificatus in ſimul, & quòd lapis ſit in parte fixus & in parte non fixus, & tunc eſſet maioris facti, & tunc oportet facere ſubtiliationem de mercurio tali modo, ſicut dictum eſt in primo libro de lapide Philoſophorum ſulphuris ſublimati, & primum ponere iſtud in vaſe precipitationis, & facias totvicibus ſublimare vnū cum alio, quòd ambo remaneant in fundo, & quod totaliter non poſſit deſcendere: & tunc illa materia certitudinaliter vocata eſt vnctionis bonæ & optimæ: ſed aliqui reſtant ibi, vbi deberent facere operationes quæ in primo libro nominantur, & pro tanto non veniunt ad veritatem, adhuc aliqui incipiunt mercurium viuum purum tali modo, quo ipſi ponunt libram vnam in vaſe vitri, ſeu in vaſe vitreato, & poſtea ponunt eum in fimo equino ad putrefactionem, & ad digerendum, & ibi ponunt eum in vaſe, quod vocatur alembicus, & eſt vas vitreum de vna petia, & ponunt illum in balneo Mariæ, quæ fuit mulier Philoſophica, quæ inuenit balneum, illius fundus eſt vilis, in quo fundo eſt aqua, & infra aquam ponunt illud vas, ſcil. alembicum vitreum bene filtratum inferius de filtro taliter, quòd nulla violentia aquæ poſſit deuenire, nec attingere vſque ad vas vitreum: & poſtea fac ignem quòd viuus mercurius diſtilletur, ſicut aqua roſata, & dimittat in fundo tres lib. materiæ, quæ quidem materia erat valde nigra, &

tunc iterum dat ſibi ſuam aquam, & ſic iterum facias diſtillationem, & tot vicibus quòd terra illa deueniat ad albedinem. Et quando eſt talis dat ſibi ſuam aquam in vaſe vitreo cum collo longo: & poſtea oportet facere illud in cinere ſuper ignē tali modo, quod ibi ſtet ſine ignis augumentatione & diminutione 40. dieb. Et in tempore illo mutatur in lapidem Philoſophicū, & tunc poſtea oportet operari, vt prius dictum eſt.

Alij faciunt lapidem Philoſophorum de arſenico ſublimato, & de ſucco vnius herbæ quæ vocatur virga auri: iſta herba creſcit iuxta Romam, & habet vnum folium longum figuratum ad modum petioſilli, & habet florem croceum & ſuccum album, & conglutinant iſtam herbam cum arſenico, & congelant mercurium, & ſic fit bona vnio.

Aliqui intromittunt ſe ad faciendū lapidem Philoſophorum de animali: Immò alij de capillis, alij de ſanguine, quidam de ouis, alij de teſtudinibus, & omnes iſti operatores tenent vnum modum operandi, videlicet quòd deberent ſeparare elementa per alembicum, & rectificari per balneū Mariæ, & quod terra deueniat ad albedinem per illam aquam & poſtea iungere ignem cum oleo, & tunc vnire & iungere totum ſimul in fimo equino, & congelatur in lento igne, & calefacere per 40. dies, ſicut dictum eſt, vt ſupra de mercurio puro, & poſtea ſubtiliare coniungere per aſcenſiones & deſcenſiones in tantum quòd intret & tranſmutet perfectè, adhuc eſt alia res de animali quā nullus Philoſophus voluit nominare: quia ſic dicunt & omnes inſimul concordant dicentes ſic, lapis noſter inuenitur in omnibus locis mundi, & quælibet gens habens tam pauperes quàm diuites, iſta res vocatur ſecundina. Illa res creſcit in quocunque puero in ventre matris ſuæ, & vocatur iſta res aliter, ſcilicet artifex pro tanto, quia quando mulier habuit & peperit puerum adhuc non purgata nec liberata de ſua artifex, iſta res valde mirabilis eſt, & vidimus & experti ſumus de ea magna mirabilia, vnde verum eſt quod omnes operationes iſtæ nominatæ in iſto ſecundo libro ſunt de magnis expertis, & ita quilibet non poteſt taliter

expe-

expenſas ſuſtinere, niſi ſit multum diues, & frequenter accidit propter vnum negocium totum defectum deperditur, prout apparet quotidie in illis qui hodie ſe de tali opere intromittunt, & ratio huius operationis eſt talis, quod tales operationes ſunt valde prolixæ & longæ, & nos ſumus ita fragiles quòd bene & rationabiliter incipimus factum noſtrum ſeu operationem noſtram vſque ad ſomnium duorum menſium, vel trium, propter hoc, quia videtur nobis longum, & quaſi in certum dimittimus aliquando adimplere noſtrum factum & operationem noſtram, vel decoquimus negocia noſtra minus vel parum, aut ſumus negligentes in operando, in vigilando, vel in cuſtodiendo rem noſtram de exceſſibus quę ibi poſſunt euenire, ſicut quando crédimus totum adimpleuiſſe, nos ſumus ita propè, ſicut prius in operatione, & pro tanto bonum eſt accipere illud, quod Deus dedit nobis gratis, ſicut dictum eſt in primo libro. & eſt tunc quod ſcientia de animali, vel vegetabili ſit in ſcientia herbarum. Dominus noſter dedit cuilibet lapidem Philoſophorum, & non tantum lapidem Philoſophorum, ſed medicinam perfectam, quæ magnam virtutem habet tranſmutandi metallum in ſolem & lunam ſine aliqua præparatione, ſed tales non inueniunt, niſi cum magno labore & niſi valde tardè, & à fortuna magna lapis Philoſophorum animalis eſt baſiliſcus.

Iſte eſt vermis qui generatus eſt per putrefactionem, qui occidit homines ex ſuo viſu, & quando ipſe mortuus & combuſtus, & in puluerem redactus, tunc puluis iſtius vermis habet virtutem tranſmutandi lunam, venerem, ſaturnum, & iouem in purum atque optimum ſolem, & non eſt truffa, quia experientiam habemus.

Iſte baſiliſcus poteſt fieri per artem ſine magnis expenſis, ſed nos dimiſimus hoc præparare propter periculum ſui viſus. Lapis Philoſophorum vegetabilis, quia eſt de herba quæ eſt medicinalis ad iſtud opus. Eſt vna herba, quæ vocatur lunaria, & eſt vna alia quæ vocatur ſaponaria, & tertia pompia maris. Iſtæ tres herbæ iunguntur ſimul, & de eis faciatis ſuccum, quia ſuc

cus talis conuertit, & transformat mercurium viuum in ſolem purum pro vt multi ſunt experti, ſed iſtud adhuc non peruenit ad notitiam noſtram, & pro rato nos dimittimus hic ſtare, nec de eo intendimus plus loqui, quod non ſumus id experti.

Aliæ operationes ſunt quæ à multis immò ab omnibus hominibus hodierna die cupiuntur & deſiderãtur, quia ſunt breues, & in pauco tempore & breui ſpatio poteſt fieri, videlicet in vno menſe, vel in ſex annis, & ſunt operationes quæ nominantur multiplicationes, ſicut eſt fixatio cinaprij in lunam candidam, prout aliquis practicus facit in lunam & ſolem, & eſt etiam amalgamatis quilibet diuerſi, & omnes operationes quæ vocantur breues ſunt ita longæ & prolixæ, quod in nulla efficacia breuiter experitur, nec inuenitur aliqua veritas: & cauſa eſt pro tanto, quia mercurius nõ poteſt ibi manere, ſed in corporibus illis ſine lapide, de quo loquuti ſupra fuimus, ſcilicet in primo libro, aut ſine ſuo ſimili artificialiter facto, quia eſt medium inter viuum mercurium & metallum, ſicut prædiximus frequenter ſupra, quia propter defectum illius medij perdunt ſuas omnes operationes. Vnde ſi haberent notitiam iſtius medij, omnes operationes eorum præpararent ſine magnis expenſis, & pro tanto dicit Philoſophus, iſta ſcientia non eſt aliud, niſi opus mulierum & ludus puerorum. Et iſtud ſufficit ad præſens quod dictum eſt de lapide Philoſophorum qui fit artificialiter. Et ſic finitur ſecundus liber de lapide Philoſophorum artificialiter.

Tertia pars libri.

Incipit tertius liber & vltimus, qui loquitur de tranſmutatione duorum metallorum infirmorum & viliſſimorum in duob. alijs ſubtiliſſimis ſecretiſſimè & ſubtiliter valdè loquuti ſunt Philoſophi ſapientes in ſuis libris quando inuenerunt notitiam, ſcientiam, & experientiam de duobus metallis magis infirmis, & vilibus in duobus alijs nobiliſſimis, & ſubtiliſſimis, maximè de metallo plus infirmo, quod tranſubſtantiatur & tranſmutatur in nobiliſſimum, videlicet de Saturno, quia

quia eſt magis infirmus & viliſſimus inter planetas omnes totius cœli, & etiam inter omnia metalla terræ viliortransſubſtantiatur in ſolem purum. In hoc enim accipiunt Iouem, qui ſequitur Saturnum ſecundùm motum cœli, & per illam notitiam quam adinueniunt in iſtis, ipſi diſcohoperuerunt, & declarauerunt iſtam artem omnibus illis, quibus Deus dedit iſtam ſcientiam: quia bene verum eſt, quòd Saturnus eſt ſol in natura ſua profundiſſima abſcondita, & ſol eſt Saturnus in ſua natura cohoperta experta, ad hoc conueniunt & concordant omnes Philoſophi, pro tunc non deficit ſibi aliud niſi reuertere illud quod eſt cohopertum & abſconditum, ſeu infra obſcurum in ſuo corpore extra ponere, & è conuerſo quod eſt extra nobis aſſerens reuertere ab initio: quia ſine dubio ad intra eſt purus ſol & bonus in omnibus approbatis, tali modo eſt de Ioue in luna, & de hoc vidimus veritatem tranſmutatio in eorum duo corpora, videlicet in ſolem & lunam, poteſt fieri duobus modis ſine magnis expenſis. Vnus modus eſt, qui fit per potationem vnius modi medicinæ, & eſt mirabilis: Alius modus fit de ipſis tantummodo cum adiutorio ſolis ipſius cœli ſine aliqua medicina de toto mundo, niſi cùm modico fermento ſolis, & de aqua pura lunæ in ſimul mixtæ & vnitæ debent eſſe, & debent quieſcere in vaſe vitreo extra ad ſolem & ad lunam, videlicet cum duobus diebus & duabus noctibus, & tunc erunt ſol & luna reſidentia; immò ſicut parui lapides, & poſtea debent poni in fimo equino, in tantum quòd iterum ſit aqua, & poſtea debet fieri lapis abſq; igne, & ſine aliquo calore, tunc materia eſt præparata, & laudetur Deus Ieſus omnipotens, & pro certo bene debet laudari, qui dedit nobis ſcientiam tranſmutandi, & tranſubſtantiandi Saturnum in ſolem, non tantummodo per medicinam, immò per ſe ipſam ſine aliqua vel alia re extranea adminiſtratione, & de iſta operatione loquitur Philoſophus, & ait lapis eſt medicina vna, cui nulla res extranea coniungitur, niſi quòd tantummodo immunditiæ remoueantur ſeu deponantur, & ego declarabo iſtud opus ad laudem Dei, & in æternum ſit Deus benedi-

ctus, qui cœlauit iſtud opus, vbi cœlare debuit, quia ſine dubio de miraculo Dei eſt quòd ſic operatur, & tali modo.

Recipe purum Saturnum & bonum, & ponas in cocleari vel in vno alio vaſe aut ferreo ſiue de alia materia forti, & liquefac, & proijce deſuper tantum de viuo mercurio, quantum eſt pondus ſuum, poſtea ponatur ad refrigerandum, poſtea tere in ſimul, & fac pulueres, & deſcende iſtud in lento igne, & panno in vno inſtrumento quod appellatur ſextum barbatum. Iſtud eſt vnum deſcenſorium, in quo eſt vna tegula perforata, per quam tegulam perforatam debet tranſire Saturnus per vnum annum in vno vaſe, quod poſitum eſt in fine, & Saturnus remanebit magis albus. Et tunc debes ſeparare viuum mercurium cum bono igne & forti: & tunc inuenies Saturnum mundificatum ab omnibus immunditijs ſuis: & dum Saturnus eſt ſic mundificatus debet adiungi ſeu vniri ſecum triginta tres partes de fermento puri & boni ſolis, & duplum de bona luna, quæ non ſunt res extraneæ, hoc eſt, pro marco Saturni duos ſtirilingos, id eſt, denarios de puro ſole. Et tali modo de luna duplicando, & debent miſceri, & vniri cum viuo mercurio, ita ſubtiliter quòd poſſit tranſire per pannum bis vel ter duplicatum: & poſtea debes dare ei Saturnum paulatim modicum in ſimul ſuper ignem, ſic quòd viuus mercurius recedat, & venenum remaneat, & poſtea debes accipere eundem Saturnum & ponere intra vnum vas terreum ſcilicet crucibulum, & iſtud ponatur in furno reuerberationis, & dare ſibi bonum ignem, & fortem, & mouere cum virga ferrea tantum, quòd Saturnus ſit ita rubeus & coloratus ſicut roſa vel ſcarlatum. Poſtea pones eum ad refrigerandum & inuenies Saturnum præparatum: & ita rubeum ſicut roſa, & ita fortem contra ignem ſicut ſol. Et ſi quis ſciret iſtum colorem vertere in corpus permanens ſuum, eſſet veriſſimus ſol, & bonus, quia pro tunc eſſet Saturnus reuerſus illud quod ab initio extra & è contra.

Modo incipit opus miraculoſum: Tu debes accipere Saturnum, qui ſic eſt reuerſus quòd erat extra ab intra, &

tra, & è conuerſo debet præſentari ad aërem in cuius ventre erat portatus per generationem ſolis, qui eſt pater ſuus, & tunc debet ablactari de liquore terræ, quæ eſt nutrix ſua, & de iſtis perhibet teſtimonium Hermes pater Philoſophorum dicens verum ſine mendacio illud quod eſt ſuperius, videtur etiam, ſicut quod eſt inferius, & è contra, id quod videtur eſſe inferius, & apparet ſuperius. Iterum qui vult miraculum impetrare de vna ſola re, de qua pater ſuus eſt ſol, & luna mater ſua, vnicum in ſuo ventre portat, ſua nutrix eſt terra. Ad hæc dicit, tunc aſcendit de terra in cœlum, & deſcendit iterum in terra, & in ſe terra ſit perforata accipiet fortitudinem ſuperiorem, & inferiorem.

Ipſe dicit verum, quia pullulat ſuperius, & poſtea deſcendit inferius, & remanet in ſubſtantia ſolis, & quando eſt de ſubſtantia tali, tunc detur poni in digeſtione in fimo equino 40. diebus ad minus: & poſtea debet præſentari duabus noctibus lunæ, quæ eſt mater ſua in tantum, quòd ſit aqua clara, & iterum oportet purificari, vel præſentari ſoli in tantum quòd ſit lapis completus præciosus de puro ſole naturali.

Tertij voluminis librorum Alchimicorum
FINIS.

@

IN TOMVM TERTIVM OPVSCVLORVM ALCHIMIAE INDEX.

ABBREVIATIO Ioan. Paupe-rum 131
Abluere quid 129
Accurtamentum 3
Accurtatio 3.42.51.53
Acus vitandæ in reductioni-bus 65
Aer auri 43
Aer quando miſcendus cum terra 142
Aes 17
Album menſtruum 22
Alembicus 63 150
Aludel 137.138
Anima auri 11
Animalis lapis 44
Apoſtematici 80
Aqua calcinatiua corporum 84
Aqua habens virtutes indu-randi 21
Aqua menſtrualis quomodo paranda 8
Aqua mineralis quomodo diſtinguatur ab aqua plu-bi 153
Aqua vitæ quomodo extra-henda 152
Aqua abluta extracta à fœ-cibus 140
de Aqua vitæ & ſua perfe-ctione cum lapide Benedi-cto 93
Aquæ per quas conformatur ars alchimiæ & lapidis 118
Aquam per balneum deſtil-lare 4
Aqua calcinans omnia cor-pora 167
Aqua vitæ vt componenda 60
Aqua liquefactiua ſolis & lunæ 167
Ars magica 118
Aſpectus baſiliſci cur nõ in-ficiat aurum 105
Attractio cauſa coniunctio-nis corporis & ſpiritus 68
Augmentatio medicinæ 88. 171
Aurum potabile 9.81.82. quibus proſit 77
Aurum quomodo per diſtil-lationem ſoluendum 9

B

BAlneum Mariæ 19.34. 148
Berilli compoſitio 119
Brancha 22
Branchæ duæ vegetabilis & mineralis 34
Buffo 12

Calci-

@

INDEX.

C

Calcinationes quid 5.88
Calcinatio naturalis lunæ 85. ſolis 87
Carbunculus 31
Ceratio corporis vt fluat 73
Chyragrici 80
Cinabrium 52
Colores qui nõ ſunt perfecti, ex quib. conficiantur 128
Compendium artis alchimiæ & naturalis Philoſophiæ 83
Compoſitio aquarum mineralium 102.103
de Cõpoſitione lapidũ 108.109
Compoſitio Carbunculi 114. diamantis 115. lapidis balaginis 119. lapidis lauandinæ ibid. minerarum 50. aquæ philoſophicæ 84
Congelatio in quibus perficiatur 129
Congelatio liquoris lunæ 89
niſi Coniunctio fiat indiuiſibilis inter corpus & ſpiritum, nunquam erit conceptio 68
Coniunctio terræ cum ſanguine ſiue aere 58
Conuerſio aquæ Elixiris in aurum 89
Conuertere elemẽta quid 126
Coquere aquam permanentem quid 126. materiam quid 127
Corpora perfecta mineralia, an debeant præparari antequam ingrediantur magiſterium 154

D

DEſcenſio in quibus perficiatur 129
Diſtillatio in balneo 16.129
Diſtillationes quomodo continuandæ 17
in Diſtillationibus quid obſeruandum 134
Diſtillatio omnium ſpirituũ per alembicum 96
Diſſolutio argenti ſiue auri 44
Dyamanthus 115. eius virtutes 115.116.

E

ELectio aquæ perfectæ à phlegmate 65
Elementa ſulphuris ſeparata 15.16.37
Elixir 39.59
Elucidatio totius Teſtamenti Raymundi Lullij 139
Epilepſia quomodo curanda 78
Euacuatio naturalis corporum à ſuis ſpiritibus 88
Exaltatio virtutis terræ cum ſpiritu præcioſo 58

F

FOetor aurium quibus depellendus 78

G

GEneratio lapidis quibus aſſimiletur 68.69
Gumma quomodo proportionanda 26. transformat metalla imperfecta 30

H

HVmidum reſtituendum ſicco 69

I

Ictericia 80
Ignis ſulphuris 18. nutritionis 41
Imbibitiones quot neceſſariæ, vt materia ad album liqueſcat ſicut cera 158
Inceratio ſalis & ſulphuris 174
Incubus 78. quid ibid.
Induratio lapidis 112
Inflatio ſtomachi 79

L

Lapis per quantum tempus debeat eſſe in nigredine 155
Lapis philoſophicus eſt lapis & non eſt lapis 56 92. vnde virtutem ſuam habeat 61. quid 62
Lapis benedictus 39. mineralis 45.51. animalis 44. ex quibus conficiatur 67
Lapis Philoſophorum vnde componatur 15.34.35.36. eius inceptio 121.122
Lapis philoſophicus aurum & argentum 9
Lapis quomodo diſſoluendus, diſtillandus, incerandus, &c. 130
Limus deſertus terreus 19. lunificus 20. compoſitus ibid. non vaporizatus 22. 30. rubeus 24. æthereus 19.30. eius diuiſio 25
Liquores in opere alchymico 15. primus aqua cœleſtina 15. ſecundus aer ibid. tertius ignis ibid.
Liquefactio ſolis, & lunæ 84
Lithargia 77.
Luna in liquorem conuerſa 53
Lunaria an debeant eodem modo præparari ſicut corpus perfectum 157

M

Maniã depellendi ratio 78
Materia primi principij, ſecundi, tertij 99
Materiam ſoluere per putrefactionem 128
Materia ſulphuris 19
Medicina altiſſimæ proiectionis 27
Medicinæ tranſmutantes ſine iuuamento ignis 33
Menſtruum fetens 49. vegetabile 58 ſimplex 6. clarificatum, quibus nominibus Philoſophi appellarint 8. electuarium 17
Mercurij terra ſublimata 15
Mineralium compoſitio 132. 133
Mineralia quomodo diſtillanda 134.135
Modi componendi lapidem 141.142.144.145
Modus diuiſionis aquarum 103. faciendi oleũ lunæ 87. ſolutionis & congelationis 88. diſtillandi aurum per alembicum 94. nutriendi lapidem & eius multiplicatio 72.74.75. accipiendi aurum potabile 77. 78.79.80. multiplicationis 49.52. rubificationis la-

nis lapidis albi 49. componendi radicunculam dependentem 27. componendi barbas radicũ 28. componendi branchas 30. conficiendi argentum ſine igne 24. deriuandi & creandi medicinas latitudinis 27.28. ſublimationis 12. ſulphura faciendi 14. cœlificandi 20.21. terrã ſulphuris auri ſubtiliare et rarificare 36. mineras componere & multiplicare 40. magni trunci accurtationis lapidis accurtati 42. animalis lapidis 44.

Multiplicatio 149

Mundificatio terræ per quantum tempus fieri debeat 156.157

N

Nigredo quomodo amouenda 155

Nigrum nigrius nigro quid 1

Nutritio lapidis 71

O

Occultatio Philoſophorum in ſolutione Lunæ 89

Oleago lunæ 22. inceratiua alba ibid. & 31. rubea ibid. & 26.

Oleum lunæ 99

Operatio an ex ſolis lunaribus poſſit fieri 152

Operatio auri potabilis 81. aquæ philoſophicæ 85. ignis cõtra naturam ibid. magni lapidis philoſophici 64

Opus Philoſophorum 71. in quibus conſiſtat ibid.

in Opere alchimico tres liquores 141

Ordo generationis 136. compoſitionis 137

P

Paralyſis cura 78

Paruitati coitus quomodo ſubueniendum 80

Paſſio ſplenis 80. renum ibid.

Philoſophi quibus nominib. vocẽt lapidem philoſophicum 56

Phlegma quomodo diſtillandum 2. quomodo vertendum 166

Phreneſis vt depellenda 78

Phreneſis quid ibid.

Proiectio medicinæ ad album 76. ſolaris & lunaris 159

Purificatio terræ per quantum tempus fieri debeat 156

Q

Quæſtiones eſſentiales & accidentales Arnaldi de villa noua 151.152.153

R

Raucedo vocis 79

Reductio lapidis in aquã & oleum 87. ſalis & olei ad vnam naturam 99. aquæ philoſophicæ ſuper terram, vt eam calcinet 65

Retentionis menſtrui cura 80

S

Scientia lapidum vnde petenda 106

Secretũ de rectificatione 135

Separatio aquæ cũ ſpiritu 57. *aeris cum ſpiritu ibid. ignis cum ſpiritu* 43. *elementorum* 149. *ſulphuris albi* 32
Solis flos quid 126
an Sol & luna facta diſſolutione debeant tranſire per alembicum 152
Spiritus vbi ingroſſentur 63
Spiritus lapidis quomodo debeat præparari 64
Spoliatio alienæ humiditatis à natura per ſubtilem aſſationem 69
Sublimatio argenti viui 99. *terræ* 15
Sublimare quid 151
Sublimatũ ſuo metallo quid 13
Subtilitas extrahendi animam à corpore 66
Sulphur Philoſophorum 141
Sulphur facere & nutrire 71
Sulphur non generatur niſi per calorem 66
Sulphur auri 16. *quomodo ab eo elementa ſeparanda ibid.*
Sulphur naturæ 10. *quibus alijs nominib. appelletur* 13

T

Terra quomodo calcinãda philoſophica intentione 11
Terra dealbata 2. *prægnãs* 3. *quomodo tranſmutanda* 15
Terra cum menſtruo mixta dicitur argẽtum viuum 16
Theſaurus Philoſophorũ 26. 31. 36
Tinctura 17. 36. *particularis* 147
Tinctura claritatis 70. *argenti* 76
Tortura inteſtinorum 79
Tremor cordis ibid.

V

Vas reperciſſorium 63. *retentorium* 69. *diſtillatorium* 17. *reuolutorium* 63
Vigiliæ ſuperfluæ quibus depellendæ 78
Virtutes fixæ per quas fiunt mineralia in arte magica 118
de Virtute aquæ vitæ 59
Virtutes cælificæ 21
Vitriolum 52. 133
Viuificatio terræ cum ſpiritu ſuo 66
Vlcera renum 80
Vomitus cura 79

Z

Zabaras 147

FINIS.

@